ELPIDII BERRETTARII PISCIENSIS

PHISICI, ET PHILOSOPHI
Tractatus de Riſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FLORENTIÆ,

APVD COSMVM IVNTAM. 1603.

Superiorum permiſſu.

AENEAE VAINIO IMOLENSI

VIRO GENERIS NOBILITATE & honore maximè Illuſtri: & Magni Ducis Aetruriæ Domus Præfecto

Marius Berrettarius I. C. Piſcienſis

S. P. D.

ELPIDIVS frater meus, qui annos XXV. natus, miſerabiliter in lecto Apoplexia XX. ab hinc annis inuentus eſt mortuus, libellum a ſe de riſu conſcriptum veluti teſtimonium, & monimentum reliquit Eruditionis ſuæ & Doctrinæ. Fuit enim ille & philoſophus, & Medicus. & harum nobiliſſimarum

Artium diſciplina ita inſtructus vt magno apud omnes eſſet in pretio, atque opinio de eo cotidie creſceret, & cum ob ingenij ſui ſolertiam, multarumque rerum cognitionem alia multa ſcribere, & præſertim tractatum de fletu, eſſet aggreſſus, at quoniam mors illum acerbiſſima & immatura ſubitò extinxit perficere non potuit. Illud ipſum ego igitur commentariolum fructum, laborum, atque vigiliarum optimi fratris mei viri certè vt aliorum ſequar Iudicium nomine ac memoria digni Typis excuſum tibi, clariſsimè mi Domine, meritò à me dicatum eſſe volui; vt ſplendore tui nominis, tuarumque maximarum virtutum, dignitatiſque tuæ non ſolùm vnà ſui cum Auctoris laude Illuſtratum prodeat; ſed vt ex eo totam noſtram Berrettariorum familiam, multis & magnis abſte acceptis beneficijs, tibi in perpetuum deuinctum, & in tua eſſe fide, & Clientela, & quam gratiſſimam erga te ab omnibus eſſe intelligatur. Accipe ergo pro tua ſingulari humanitate, & in me pręſertim beneficientia hoc Marij tui, tibique addicti & obſtricti munuſculum hilari animo & vultu,

velut

velut ſignum certiſſimum Amoris ſummi in te mei, & reuerentiæ quam aduerſum te patronum meum ſemper adhibui. Vale, & me, vt facis, ama.

Digitized by Google

Tractatum de Riſu Aelpidij Berrettarij Piſcienſis legi, nihil, quod ſit contra Catholicam fidem, aut bonos mores, inueni: Ideo imprimendum iudico. In quorum &c.

Ego Laurentius Capponius Canonicus.

Concedimus licentiam imprimendi hunc Tractatum de Riſu Domini Aelpidij Berrettarij accedente conſenſu Reuerendi Padris Inquiſitoris Florentiæ. Die 16. Iulij. 1601.

Coſmus Antellenſis Vicarius generalis Florentiæ.

Hunc eundem Tractatum de Riſu qui Domini Aelpidij Berrettarij Phiſici ac Philoſophi Piſcienſis vidi, & nullibi aduerſum Catholicæ Fidei beniſque moribus repertum, imprimendum approbaui.

Ego Io: Baptiſta Confettius Prothonotarius Apoſtolicus Sancti Officij Inquiſitionis Florentiæ coadiutor.

Imprimatur Frater Matthæus de Sanmanthæis à Conſtaçciario Vicario Sanctæ Inquiſitionis Flor.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

OMNES homines, quicunque non indoctè aliqua de re ſcribere aggrediuntur illum ſibi finem proponere conſueuerunt, vt lectoris animum, aut aliqua delectatione oblectent, aut doctrinę fructum, & vtilitatem in commune conferant, vtrumque autem facile aſſequuntur, ſi materiam ſumpſerint, quæ non parum in ſe dignitatis habeat, Methodo quam diligentiſsime diſponatur, & expolito dicendi genere lectorem alliciat, atque permulceat: Sed mihi cum tàm multæ res in Philoſophia, & à veteribus, & à recentioribus memoriæ ſint, & ſcriptis proditæ, quid nam in mentem veniat non ſatis explicatum ſupereſſe, ex quo ſi latinis literis illuſtrare laborem, non modo nullam laudem referam, ſed potius

tius quamplurimis riſum moueam, & operam inanem ſumpſiſſe dicar? Ego verò non nihil inueniſſe videor cuius rationem cæteri rerum philoſophicarum ſcriptores, vel non attigerint, vel ſi forte liberauerint, minus diligenter expoſitam reliquerunt. Atque vt vna de re, eaq; non leuiſsima dicam. Riſus ipſius affectio peculiarem ſuam videtur diſputationem deſiderare: Cum itaque Riſu aliquid conſcribere cogitarem, videbam ſanè quantam ridendi materiam quibuſdam eſſem allaturus: Sed nec interea ęquiores aliquos ſperabam defuturos, qui quod illi rideant magis ſibi ridendum putent: Quid enim eſt tam arrogans quam ipſum ſibi perſuadere, quæ ipſe didicerit, & ex antiquis acceperit, ea alijs eſſe cognoſcenda, præterea nihil, & ſimul induſtriam, laboremq; aliorum aſpernari? Illud quidem nemo reuocabit in dubium, tempus ipſum, & rerum vſum multa inſequentium annorum homines docuiſſe, quę à priſcis illius diuini ſeculi viris, qui ſapientiſsime appellantur, nec explorata, nec inuenta fuerunt: Vſque adeo vt etiam in Platonis, & Ariſtotelis monumentis multa deſiderentur, quæ poſteriores, vel ſapientius inuenerunt, vel ab ipſis accepto fuerunt meliora. Quid igitur prohibet, & huius ętatis hominem

à phi-

à philoſophiæ ſtudijs non abhorrentem, quo vel ratione ducitur ad meditandum, vel impetu animi trahitur ad ſcribendum, libentem, volentemq; ſequi? Ego verò cum bona omnium venia ſummam hoc mihi licere, vt quæ de riſu animo, ac mente concepi in medium afferre enitar: Cuiquidem ſubiectę materiæ dignitatem ineſſe magnam affirmare non dubitabo: Cum riſus proprius ſit animalis huius prouidi, ac ſagacis, quem vocamus hominem: Quo cum diuina munera adeo ſunt communicata, vt Pytagoras dixerit, Hominem eſſe cœleſtem intelligentiam terrenis vinculis alligatam. Etenim quæ quantaq; ſit conſecutus, quis vnquam oratione complecti poterit? Ille cum ſe met humanæ mortalitatis peniteret, ingenij acie, mente acri, & vigenti artes inquiſiuit, ac repperit eas, quibus immortalis effici poſſet: Et non contentus earum rerum, & artium cognitione, quibus ſupra ſuam conditionem fragilem, atque caducam multa attributa haberet, ea etiam facere conatus eſt, quæ naturæ ipſius legem, ordinemq; præuertunt: Nam vt alia omittam, Præſtigiarum ius, in qua, & ſi natura non patitur ſenſus circa ſua obiecta decipi, nihilominus per humanas artes miris modis noſtros

ipſi oculos falli, ac deludi videmus? Quid de veneficijs, incantamentis, faſcinationibus; Philtris, & cæteris eius generis multis artibus dicam? Vna fortaſſe videbatur in homine deſiderari ars volandi, ſed nec ea intentata relicta eſt, Nam.

Dędalus, vt fama eſt, fugiens Minora regna
Præpetibus pennis auſus ſe credere Cœlo
Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Vera igitur cauſa eſt cur affirmemus riſus argumentum (quod ad ſubiectum attinet) dignitate non carere. Quin etiam ſi illius cauſas, atque affectus inſpexeris, facile intelliges locum eſſe digniſsimum, qui vel à grauiſsimis Philoſophis luculenta diſputatione pertractetur. Tam verò cum rerum ſcribendarum ordo incredibilem vtilitatem, & admirationem habeat, & dum ſingulas ſuis locis fuerint conſtituta, Res autem ipſa adeo venuſte expoſitæ ſit, vt qui legunt, multum ſe pro feciſſe arbitrentur, nequeo ſatis mirari abſurdam ineptamq; quorundam rationem qui cum aliqua de re ſcribere inſtituant, tantum abeſt, vt â doctiſsimis traditam methodum ſeruent, vt etiam rectius, atque illuſtrius quiddam ſe ſe facturos eſſe exiſtiment, ſi ab illorum præceptis deſciuerint, & omnia longe ſecus fecerint

rint

rint. Quanta verò in laude ſcriptores illi po-
nuntur, qui in eam curam incubuerunt, vt
quas res inuenerint, eas ita diſponant; vt con-
cinne, vt quam aptiſſime ſibi cohereant extre-
ma cum primis? Equidem (quod vt pulchram
ita difficile eſt) methodum illam ſeruare cona-
bor; quæ ſi non omni vitio careat, certè non
omnino vitioſa exiſtimetur. Quo circa ſæpe
ad Dialecticæ fontes accedens non vereor,
quin inſtituti noſtri ratio ſatis perſpicua dilu-
cidaq; reddatur. Noſter enim ordo erit, vt
primo loco Riſus ipſius nomen, & Homœ-
omeriam ſcrutemur, Deinde quo τῆς οὐσίας
notio habeatur, definitionem ſtatuemus; Mox
ſpecies omnes enumerabimus: Deinceps ad
cauſas demonſtrandas procedemus; Quæ qui-
dem pars cum in ipſo riſu multa occurrant con
ſideranda plura in capita diſtribuenda erit.
Quibus abſolutis, qua ratione fiat riſus, &
quos effectus pariat oſtendere quam diligen-
tiſſime curabimus. Poſtremo autem proble-
mata quædam perpendemus, quorum enoda-
tio noſtri libelli finis erit. Quæ quidem di-
ſtributionis ratio ſi lectori probata fuerit, ſatis
magnum fructum laborum, vigiliarumq; mea-
rum cepiſſe videbor. Dicendi verò genere eo
vtemur quod nec puerile ſit in re philoſophica

Digitized by Google

pertractanda, nec ab omni elegantia, & puritate abhorrens. Nam eiuſmodi cogitationes omnibus vndiq; ornamentis, & orationis vbertate veſtire, vt minimè neceſſarium, ita etiam difficile facta exiſtimetur: Sed quam inepta, quam inſolens eorum opinio eſt, qui niſi barbare, & admodum inquinate loquantur nullam rem ſeriam dicendo ſcribendoq; ſe aſſequi, & exprimere poſſe exiſtimant? Quaſi verò Plato, Ariſtoteles, Xenophon, Theophraſtus, quatuor illa Greciæ ſplendida lumina non maximarum rerum doctrinam aptiſsima eloquentiæ arte illuſtrauerint. Sed nimirum iſti expoliti ſermonis contemptores aſtute faciant, vt quod ipſi prçſtare non poſſunt, in alijs etiam aut non expetendum, aut improbandum ſuis perſuadeant. Nos igitur operam dabimus, vt quam elegantiam, & orationis florem hac diſputatio poſtulat adhibeamus: Quod niſi omnia puriſsime dixero legentium in fidem, & æquitatem imploro, vt quemadmodum ego operam dabo, ne graues ſententiæ tam inconditis verbis efferantur, vt teretes eorum aures oſtendant ita mihi remittant, & condonent, vt quibuſdam vocabulis vtar, quç religioſis latinitatis obſeruantibus non ſunt vſitata, ſed à philoſophis, quod meliora, & magis propria

non

non repetiantur, frequentem in vſum recepta fuerunt. Duriuſcula quidem ſunt, Quidditas, ens, & eſſentia: ſed facite æquiſitis aduerſus hominem, qui latini ſermonis paupertate laborans, ea ipſa vſurpare cogetur. Quæ niſi apud Terentium, Cæſarem, Saluſtium, & Ciceronem ipſum leguntur, tamen à quibuſdam alijs non obſcuri nominis authoribus Sergio, & Ilario à Romanę locutionis maieſtate non reiecta, non expulſa fuerunt. Nos ergo hæc prefati ad riſus ipſius vim, ac naturam oſtendendam aggrediemur.

DE RISVS NOMINE, ATQVE Homonymiæ diſtinctione. Cap. I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MONET nos Ariſtoteles, vt aliqua de re acturi, quæ habeat homonymiam, primum omnium illam à reliquis, quibus cunnomine tantum congruit, diſtinguamus, ac ſeparemus. Ita enim fieri, vt de qua potiſſimum agatur omnes ſine errore, & varietate intelligant. Nam cum nomina ſint rebus numero panciora, eam ob cauſam neceſſe plures res vno, eodemq́; nomine appellari: quod niſi diſtinctio præcedat, qui legunt, eos ſemper ancipites eſſe oportet. Cum ergo riſus nomine qui à Græcis γελώς *dicitur plura inter ſe differentia ſignificentur, vt de quo potiſſimum agere conſtituerimus, nemo ambigere poſſit, nominis ipſius diſtinctio, ac diſſimilitudo diligentiori trutina eſt examinanda. Riſus igitur nomen illud in primis ſignificat quod magis proprie, & expreſſe deriſio diceretur, cuius generis multa ex authoribus exempla afferri poſſent, præſertim autem ex Ariſtotele apud quem hæc ſæpe leguntur,* ὡς δ' ἐστὶν ἡ φύσις πειρᾶσθαι διανοίαι γελοῖον. *& apud Ciceronem Dediſti nobis, quem ſemper ridere poſſemus: Verum enimuerò illud hoc loco eſt animaduertendum, quod deriſio ſæpe adiuncta eſt riſui riſus deriſioni, cuius rei exemplum erit illud Horatius in arte poetica.*

Lib. de Cęl. teſt. 110.

Lib. 1. elenc. c. 1.

Ad cnationem.

Spectatum admiſſi riſum teneatis Amici?

Et item illud Terentij Quid dixit peſſuma? an mentitas es? etiam rides? Itane lepidum tibi viſum eſt ſcelus nos irridere? Tun. Act. 5. ſcę. 7.

Riſus præterea ſignificat aliquando ſpeciem quandam alicuius rei, elegantem, ac venuſtam hilaritatem præſeferentem: ſic enim μεταφορικῶς *dicimus ridere florem Narciſum ridere fontes, Riuulos lacus, & mare tranquillum, quo verbo per qua apte vſus eſt Lucretius*

Lib. 1. Tibi rident Aequora ponti.

Quam quidem tranſlationem qui poetarum lectione delectantur ab Heſiodo ſumptam eſſe agnoſcunt.

γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς
ζηνὸς ἐριγδούποιο λειριόεσσι σκιδναμένῃ.

Transfertur etiam hoc idem nomen Riſus ad crepitum illum ſignificandum, qui excitatur à flamma. Apud quoſdam etiam legiſſe recordor Tonitrui mugitum veſte vel etiam Vulcani Riſum fuiſſe dictum: Quanquam etiam ſcio alios quoſdam dixiſſe illum non riſum, ſed eorum numinum cominitationes eſſe tonitrua. Sed reuera frequentiſsime ac proprie riſus illam ſignificat proprietatem, quæ vtri homini, nullis, præterea animantibus eſt attributa. Nam quemadmodum ſolæ aues volant, equus hinnit, & Magnes lapis ferrum attrahit, ita vnus homo ridet: Sed ne riſum tantum homini datum exiſtimemus, ad ipſa mentis munera accedunt etiam ſpes, & expectatio de quibus non eſt hic diſputandi locus. Nos igitur poſtremi huius riſus rationem alijs reiectis ſumus explicaturi: Quæ vt perſpicua fiat illud imprimis ſcire oportet, Riſum in homine duplici modo fieri: Nam aut ſine vlla corporis affectione cietur, aut corpore affecto, hoc eſt aliqua conuulſione creatur: Quod ipſum ex Hippocratis, & Ariſtotelis authoritate ſuo loco demonſtrabitur cum de riſus cauſis paulo poſt diſſeremus. Tandem riſus ſpeciem edit ranunculus. Apium etiam ſuſurrus dicitur riſus: Ex quo factum eſt Adagium Riſus Sardonicus Græce verò σαρδάνιον γέλωτα. *Sed nos de illo tantum agamus, qui ſine vlla corporis affectione fit. Qui tamen biſariam diſtingui poteſt: Nam præterquam quod plerumque ex animo, ac vere ridemus: Eò tamen proceſsit hominum calliditas, vt ſi quando vſu veniat lachrymis, & gemitu lætitiam præſentem celamus, ita contrarijs rebus moti, & dolore affecti rideamus. Cuius quidem rei de Cæſare, & Annibale clariora ſunt exempla, quam vt pluribus ſint declaranda. Sed quid ego de Socrate dicam, qui apud Xenopontem mortifero poculo exhauſto*

[Margin notes: Ariſt. lib. 3. de par. ani. c. 6. — Plut. in Ceſ Liu. dec. 3 li. primo. — Apol. p Socr.]

iam iam moriturus riſit? Huius quidem riſum animo quam optime conſtituto, non ſimulationi tribuendum cenſeo. Sed ſimulatus riſus Ciceronis in ore eſſe ſolebat, cum maxime dubia de re cauſam dicturus, iudicij ſpem minime dubiam ſe ſe animo concepiſſe oſtenderet, eoque pacto fœliciſſime ſæpe ſuis cauſis inſeruiuit, curis fortaſſe generis eſt lepidus ille riſus, quem nonnulli fingere ſolent, vt venuſtiores appareant, qualem ſeſe componebat Egnatius apud Catullum, Plut. in Cic.

Egnatius quod candidos habet dentes
Renidet vſque quaque.

Sed abſit hæc ridendi ratio à deſcriptione noſtra, & Riſum illum pertractandum aſſumamus, qui eſt hominis proprietas abſque affectione, & fictione, cuius quidem duplicem ordinem efficere poſſumus, vt alter δύναμις ſit, Alter verò ἐνέργεια earum alteram nos facultatem, & potentiam appellamus, licet qua riſibiles dicimur: Alteram verò actum, quo ſcilicet ridemus, & vtroque modo hic Riſum ſpectabimus: Nam cum potentia, & actus ſub eandem rationem cadunt, neceſſe eſt alterum ex altero declarari, atque intelligi. In primis autem ac præcipue ſpectabimus actum ipſum, tamquam præcipuum ſcopum in quem potentia ipſa ordinata, conſtitutaque eſt: Exploratum autem, compertumq; ſit Riſum à Cachinnatione quę Grecis καγχασμὸς dicitur adeo differre, vt hæc alteram ſeorſum diſputationem poſtulet. Differunt enim tantummodo intenſione, & remiſſione, Riſus enim dicitur quando remiſſior, Cachinnatio verò quando intenſior, quod vidit M. Tull. dicens Ridere conceſſum eſt, vituperatur Cachinnatio: Hactenus progreſſa eſt oratio noſtra, vt intelligatur, qua de re nobis agendum ſit, videlicet de ea ridendi proprietate, quæ homini ineſt citra vllam corporis affectionem, ac fictionem. Pergamus modo ad illius definitionem inueſtigandam.

DE RISVS DEFINITIONE, AC primum de genere. Cap. 2.

PRINCIPIO *Riſus, vt iam dictum eſt, bipartito diſtribuitur, in eam videlicet facultatem, qua riſibiles dicimur, & in actum quo ridentes apparemus: Quod ſi vtramque rationem*

definire velimus, due inter ſe diuerſe definitiones erunt adhibenſæ Riſus enim ille, qui vt potentia eſt, refertur ad ſecundam qu alitatis ſpeciem, vt verò in actu ad aliud genus, vt intra planius, & apertius demonſtrabimus. Verum quia Natura ita comparat um eſt, vt potentiæ ab optimò maximo Deo in actuum gratiam ſint conſtitutæ, atque adeo, vt niſi vires illæ, quas potentias vocamus, deducantur in actum, fruſtra nobis attributa viderentur, Nec enim ſinè actu cognoſci, intelligiq́ue poſſunt: Hæc autem ex eo genere ſunt, quæ Ariſtoteles τὸ πρός τι nos verò vulgo relatiua appellamus: Peculiaris autem conditio eſt, vt alterum ex altero cognoſcatur. Nos itaque ſatis perſpicue riſus definitionem poſuiſſe videbimur, ſi illam, vt eſt in actu definierimus, quandoquidem actus is eſt, qui cum ſit intelligendi ratio, & potentiæ ipſius cognoſcendæ cauſam præbet: Præterquamquod potentiam adeo nobis præſcribit Actus, vt cuiuſmodi futurus ſit, illum ipſa natura finxerit, & præfinierit:

Li. 2. de anima. *Quam etiam ob cauſam ab Ariſtotele dictum crediderim, Potentias ex obiectis, & actibus diſtingui, ac definiri: Atque Ideo Meleſius Philiſophus cum riſus definitionem traderet, potius actum ſpectauit, quam poteſtatem: Cuius quidem verba, vt è Græco conuerſa fuerunt, ita ſe ſe habent.*

Lib. de Nat. & hominis *Sunt qui hoc pacto riſum definiant, Motionem eſſe, quæ in facie exiſtentes muſculos diſtendit: Siue muſcularis dilatamenti motum, qui à ſpiritus agitatione ab intimis viſceribus impellitur: Quamobrem ſi in defitione riſus inueuienda, atque tradenda circa actum ſolummodo verſabimur, nemini mirum videri debet, verum enimuero, quia in omni definitione conſtituenda niſi genus, & differentiæ apertiſſimæ demonſtrentur, nihil omnino perfectum, nihil abſolutum videri poteſt, hæc ipſa paulo diligentius ante omnia conſideremus, Genus in quam, deinde differentias ipſas: Vt genus ipſum nullo negotio, nullaque difficultate inueniri, & conſtitui poßit, illud ſupponendum eſt, quod re vera nemo inficiari debet videlicet, Riſum eſſe corporis noſtri, vel illius particularum quarundam motum. Quis enim non videt in Ridente moueri os, buccam, & pectus? quin potius ridentis ſpeciem nullam apparere niſi illius modi motus fiat? Medici quidem cum crepitus noſtri corporis rationem perpendunt, illum in duas partes diſtribuerunt, alteram ſilicet naturalem, alteram autem præter naturam, probatur ex eo, quod ſi præter naruram fieret, vel ad*

mor-

morbum tenderet, vel ad morbi cauſas, vel ad ſymptoma: atque Ideo ridentes ſemper egrotaremus, aut breui egrotos nos fore oſtenderemus, Id quod tam eſt abſurdum, quam quod maxime, Huc adde quod ſi motus præter Naturam eſſet à Medicis inter cęteros illius modi motus relatus, & admuneratus fuiſſet: Conſequens igitur eſt, vt riſus ſit corporis noſtri motus naturalis: Qui quidem (ſi bona cum eorum venia, qui præter Ariſtotelem nullum cenſent Philoſophum audiendum) teſte Galeno triplex eſſe reperitur, Motus corporis noſtri triplex. *Vitalis, qui à corde, & ab Arterijs naſcitur, & appellatur Pulſus,* Motus vitalis. *Reſolutorius, qui à Cerebro per medios neruos tendit ad muſculos, ex quo pro libertatis arbitrio mouemur;* Motus reſolutorius. *& naturalis, qui fit à ſanguine per venas:* Motus naturalis. *Quod verò riſus non ſit ex his motum generibus, quæ vel ad pulſum, vel ad ſanguinem per venas excurrente pertinet, illud clarius omni luce conſtat. Reliquum eſt igitur, vt motus ſit, qui à Cerebro proueniens dicitur voluntarius: Quod niſi ea in re Galeni authoritati acquieſcamus, Ariſtotelem ipſum poſſumus audire eadem ferè differentem, inquit enim Riſum eſſe motum appetitus à corde prouenientem, inter quos ſi qua tamen differentia depræhendatur, ea potius erit de corporeo principio, quam de genere motus: Nobis autem in preſentia ſatis eſt de genere ipſo non ambigere, De illo autem principio corporeo ſuo loco agemus. Nunc verò genere ipſo inuento opere pratium erit id ipſum certis rationibus confirmare, quarum prima ex ipſius motus voluntarij natura ducetur: Quæ quidem per belle explicata fuit à Galeno, cum probaturus eſſet reſpirationem eſſe motum voluntarium:* Lib. de mot. mu ſc. c. 5. *Ea autem ratio, vt facilius perſpiciatur Galeni verba apponere libitũ fuit,* καὶ γὰρ ἃ γινόμενα παῦσαι βουλόμενος δύνασαι, καὶ τὰ μὴ γινόμενα ποιῆσαι καθ' ὁρμὴν ἐστὶν ἡ τοίνυν πρὸς τούτους, καὶ τοῦ θᾶττον ἢ βραδύτερον αὐτὰ γίνεσθαι, καὶ τοῦ πυκνότερον ἢ ἀραιότερον ἐξουσίαν ἔχεις, ἀκὶ ὀν παντοίως φανερὸν δουλεῦσαι τουτοπὶν τῇ προαιρέσει.

,, *Quorum quidem ſententia eſt: Etenim ſi quæ fiunt ſedare po-*
,, *tes cum vis, & quæ non fiunt facere ideſt motus voluntarius,*
,, *ſi præterea citius, aut tardius crebrius, aut rarius ea faciendi*
,, *poteſtatem habes nonne omnibus modis manifeſtum eſt actio-*
,, *nes illas ſeruire voluntati? Itaque ſi dum minimè ridemus, riſum efferre, & ridentes eundem poſſumus cohibere, præterea etiam citius, aut tardius, crebrius, aut rarius pro noſtra voluntate riſum componimus, quonam pacto negari poterit, riſum eſ-*

ſe

ſe actum voluntati inſeruientem? Multos ſæpe vidimus aliquid riſu dignum enarrare incipientes cæteris ridentibus ipſos riſum ſponte, ac propemodum ipſa repugnante natura continere. Cuius quidem rei ſi de riſus agens ridicula ex narratione exemplum ſumpſero, fortaſſe non erit alienum. Ioannes Boccaccius Maſum quendam Saggium facit feſtiuis ſodalibus ſuis de induſtria audientibus: Et Calandrino quæ narrarentur ſubauſcultante, Berlinzonis, quam nominat regionem ita fingentem, vt omnia ex animo, vt fert Naturæ, faceret, & ridicula illa vultu adeo ſeuero, adeo conſtanti, & graui enarraret, vt ſi qui adfuiſſent etiam grauiſsimi, & ſapientiſsimi viri, riſu emortui eßent: Sed nec ipſa nec conſcij ſodales etiamſi repentini concitarentur ridendi motus, vllam ridentis ſpeciem præſeferebantur. Mox tamen dixerunt, parum quidem abſuiſſe, quin riſum cohibentes medij crepuerint. Calandrinus autem quæ à Maſo relata, & ab illis ſerio admitti, ac probari vidiſſet, omnino veriſsima eſſe credidit. Omnino riſum quin erunpat, cobibere, & ſi in hominis poteſtate, ac voluntate ſitum eſt: Tamen æque periculoſum comperietur atque animam ne reſpiret intercludere quemadmodum de ſeruo illo barbaro legimus: Quod ne ſibi eueniret Xenofon, & ne interea ſolutius ridens committeret, quod philo-

Lib. 2. pæd. ex. *ſophi perſonam, grauitatemque minus deceret, cum Cyro, & militibus aliquando diſcumbens, orta ridendi occaſione, ne ridere videretur, tuſſire ſe ſe ſimulauit. Contra verò quandocunq; aliquid ioco dictum volunt, ſtatim in riſum quodammodo ſolui videntur. Quod verò tam difficile ſit riſum continere neminimirum videatur: Neque enim facile eſt, hominem ſe ipſum reprimere, cum ab appetibile inuitatur ad motum, quemadmodum contra ægre mouemur, quando non ab appetitu ducimur, ſed ab aliqua neceſſitate compellimur. Huc accedit, quod cum eiuſmodi motus fiat per medios muſculos, nempe buccarum, & diaphragmatis vt ſuo loco dicetur, conſequens eſt, vt motus ſit voluntarius, Quod ipſum poſtremo hac ratione oſtenditur, quod*

Gal. lib. 3 loc aff. c.6. & 6. Aph. 39. Contra Epicur. *omnis motus, qui poteſt eſſe conuulſiuus, eſt voluntarius, hi enim duo motus nulla alia ratione differunt niſi, quod alter eſt Naturalis, alter verò præternaturalis Riſus eſt motus, qui poteſt eſſe conuulſiuus, vt patet de riſu Sardonico, qui non lætitiæ violentæ comes dici debet, vt legitur apud Plutarcum, ſed vera conuulſio, ſimiliter, & de milite illo gregario apud Homerum, qui ridens*

mor-

mortuus eſt. Ergo Riſus eſt motus voluntarius: Huc accedit magni ſenis Hippocratis authoritas, qui dixit principium riſus fieri in cerebro: Hactenus igitur probatum ſit, riſum eſſe motum voluntarium: Verum enim verò nonnullæ contra obijci poſſunt difficultates, quæ niſi diſſoluerentur, facile omnia infirmarent, quæ hactenus de hac re diſputata fuerunt. Prima autem dubitatio eſt, Quod cum in vniuerſa hominis fabrica tres precipuè ventres ab ipſa natura fuerint conſtituti, quibus in ſingulis ſingula ſiue exordia ſiue ſpecies facultatis, & motus orirentur, videlicet Caput, Thorax, Abdomen, A capite quidem naſcitur facultas, & motus animalis, quo voluntarius motus ſpectat; A Thorace Vitalis; Ab Abdomine Naturalis: At riſus exerceri magis à Thorace, quam aliunde videtur. Ergo potius Vitalis, quam alio pacto dici deberet: Quæ quidem difficultas facile ſoluetur ſi Galenum conſulamus, cum Chriſippi rationem de vocis origine ſoluit: Exiſtimabat enim Chriſippus vocem ex corde, non ex cerebro initium habere; atq; ita argumentabatur. Vocem quidem à Thorace, & Pulmone prouenire, & idcirco à corde emanare: Galenus autem reſpondit vocem ex Thorace, & Pulmone quidem fieri, ſed non ideo ex corde emitti: Sed Thorax non poteſt niſi ſuis medij muſculis moueri: Ii vero niſi media vi ex cerebro emanante; Pulmo verò mouetur ad motum Thoracis: Ita Riſus etiam ſi à Thorace potius, quam à capite fieri videretur, ad cerebrum tandem illum referri neceſſarium eſſet, quod Thoraci potentiam mouendi præbeat, neque alio nomine reſpirationis motus eſt voluntarius, niſi quia fit per muſculos, qui à facultate animali mouentur. Altera verò difficultas ita propemodum fingi poteſt; Omnis motus volutarius ideo voluntarius eſt, quia ad illum aggredi, & ab illo ceſſare pro libertatis arbitrio poſſumus: vt inceßus ideo eſt eiuſmodi motus, quia incedimus, & non incedimus, pro vt ipſimet volumus: At de riſu manifeſtum eſt, quod nec ipſi illum componimus, nec ab illo abſtinemus, quandocunq; volumus, niſi forte riſus fictus ſimulatuſq; fuerit, quo de agere in hac diſputatione non eſt intentio noſtra: Sed de illo agimus, qui excitatur quotieſcunq; ridiculum aliquod offertur, aut aufertur: Quæ vt dubitatio tollatur illud ſciendum eſt, quod ad vnum quemq; motum voluntarium excitandum neceſſario requiritur, vt præſto adſit proprium obiectum appetibile: Nam obiectum ipſum prius mouet appetitionem,

Lib. de ſac. mor. nu. 16.

pri. dub.

Solutio Lib. 3. de plac. c. 7.

ſeconda dubitatio.

Solutio.

nem, quam Ariſtoteles, ὄρεξιν, latinò verò medici voluntatem nuncupant, deinde fit motus: Atq; ita prius ridiculum ad eſſe oportet, & deinceps fieri riſum. Quare vbicunque ridiculum abijciatur voluntas ipſa inuitatur ad illos muſculos mouendos, qui faciunt Riſum, Quòd ſi multi riſum continere non poſſunt, illud quidem ex eo fit, quia obiecti ridiculi natura potentior eſt, & efficacius voluntatem mouet, quam vt voluntatem cohibere valeat, quin muſculos mouere cogatur. Nam quocunque pacto fieri poterit, cum magnum aliquod appetibile, vt exempli gratia pulcra, venuſtaq; mulier viſa nos non adeo commoueat, atque titillet, vt vix, vel ne vix quidem nos à motu temperare poſsimus? Non ſecus de cohibendo riſu dicendum videtur; non poſſumus non ridere cum ridiculum valde potens, & efficax obiectum nos vrgere, ac titillare perſeuerat, nec dum noſtro à ſenſu recedit. Idem enim tunc accidit nobis, quod & ijs, qui per decliuia celerem curſum ceperint, qui & ſi voluntarie, ac ſponte moueantur, tamen propter impetum motui additum non poſſunt illico, ac repente conſiſtere. Ad hanc verò dubitationem ſoluendam audiamus queſo Dantem æque Philoſophum, & Theologum, atque Poetam cuius carmina ne inuſitato more Etruſca latino in ſermone admiſcerem, vt potui latina facienda putaui.

Omnia nec poterit, quæ fert humana voluntas
Cauſas namq; ſuas luctus riſuſq; ſequuntur,
Vnde creantur: nec verax vir diſſimulabit
Dum lateant animi falſa ſub imagine tecti.

Itaq; vel nullus motus, qui à muſculis, & neruis ex oblato appetibili naſcitur, volutarius dici debet, vel Riſus ipſe eſt motus voluntarius cum illud negari non poſsit hoc certe concedendum omnes fateri debent. Reſtat adhuc ſcrupulus ex Galeno, qui lib. de ſpermate tribuit riſum tibi nigræ, & lieni, & lib. de anat. Virorum ſanguini, & alibi enumerat riſum inter animi perturbationes: Quibus quidem obiectionibus non eſt difficile reſpondere. Nam duo illa loca priora, præterquamquod pertinent in primis ad diſputationem de principio riſus, ſunt etiam ex illis libris, qui non ſunt recepti genuini ipſius Authoris Galeni; atq; ideo nihil ſunt facienda, ſed explodenda potius, cum eadem de re eiuſdem ſcriptoris diuerſas ſententias oſtendant. Tertius quidem locus genuinus eſt Galeni à quo tamen ſententia

terza dubit. lib. 5 de plac. c. 5.

tia noſtra minime repugnat. Quia Riſus hac ratione perturbatio eſt, quatenus habet ſibi adiunctam lætitiam, quemadmodum fletus triſtitiam, atq; dolorem: Reliquum ergo eſt, vt Riſus ſit voluntarius: quibus omnibus expreſsis liquido conſtat Genus eſſe repertum, quo ſubiectæ rei aptiſsima definitio conſtituatur, Deinceps ad differentias demonſtrandas aggrediamur.

DE DIFFERENTIIS QVÆ ponendę ſunt in definitione Riſus: Vnde queritur, an ſit Accidens proprium nec ne. Cap. III.

QVuotieſcunque aliquod accidens eſt definiendum, primum quidem videndum eſt, an illud idem ſit pluribus ſpeciebus commune, an alicui proprium, atque id ipſum non ignorare plurimum intereſt. Si enim proprium fuerit à ſubiecto ſunt ſumendæ differentiæ ipſæ, ſin commune, aliunde petendæ vt ab effectu: Quemadmodum ſi definienda eſſet imitatio. quæ cum homo ſit animal μιμητικώτατον hominis proprietas eſt ab ipſo homine differentias petere oporteret: Sed ſi albedinis definitio tradenda eßet, cum eadem pluribus ſpeciebus communiter accidat, de ſubiecto ipſo nulla mentio facienda eßet. Nam ibi nullum eſt ſubiectum adeo certum, vt poſſit in definitione poni: ipſa enim definitio ſuas omnes partes adeo certas, ratas, & exploratas poſtulat, vt nulla dubitatio intercedere poſſit ergo in albedinis definitione debemus petere differentias ab illius effectu, videlicet à diſgregatione viſus, Albedo enim eſt color diſgregans viſum. Quæ quidem eò dicta eſſe volui, vt definitionis, quam ſtatuemus, ratio clarior ſit, & dilucidior. Primum igitur ſtatuendum eſt, an riſus ſit accidens proprium nec ne: quandoquidem illum homini accidere nemo non videt: Ideo quæſtio erit de homine ipſo; an ſcilicet Riſus ſit hominis proprietas quod ſi minime fuerit, illud in cauſa erit, quod aliqua deerit è tribus illis conditionibus, quibus proprium circumſcribi ſolet, nempe quod contingat omni, ſoli, & ſemper. Quod non omnibus contingat, argumentabitur quiſpiam quia nonnulli reperti ſunt, quia nunquam riſerunt, & ἀγέλαστοι ſunt appellati, quos inter connumeratus

lib. poet. c. 2.

C eſt

eſt fil us Philippi Imperatoris: Heraclitus Philoſophus, & qui citantur à Plinio C. Lelius, & M. Craßus: Quod præterea non contingat ſoli facile poſſe demonſtrari, quia ſi & cæteris animantibus conuellantur muſculi buccarum, & in his apparebit quidam riſus conuulſiuus, At ſupra iam dictum eſt, quod vbi datur motus conuulſiuus, ibidem etiam dari poterit voluntarius: Idque ex eo poſſe comprobari, quod nos experientia docuit, in quibuſdam animalibus humanam vocem imitantibus, riſum, & fletum emittentibus, vt faciunt Picæ, Pſitaci, & Hyenæ, quæ ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimulant, nomenque alicuius addiſcunt, quem euocatum foras lacerant: Poſtremo quod non accidat ſemper illud quidem euidentius eße, quam vt vllis verbis demouſtrari opporteat: Nemo enim ad huc inuentus eſt, qui ſemper, & ſine intermiſsione riſerit: Quod nec Democritum ipſum feciße credibile, aut veriſimile videri debet: Atque hæc ſola, vel præcipua ſunt argumenta, & rationes firmiſsimæ, quibus impugnari poße videatur, quod Riſus non ſit proprius hominis: Quibus tamen non obſtantibus, eam poſitionem eſſe veram, & ea in ſententia permanendum ſtatu. Quæ et clariſſimo Ariſtotelis teſtimonio, et vno omnium conſenſu confirmata eſt: Et nos interea pauca hæc adijciemus, vt rationibus obiectis reſpondeamus: Ad primam ergo dicimus, quod quamuis hiſtoriæ teſtentur aliquos inuentos eſſe, qui nunquam riſerunt, ſatis tamen eſt his non fuiſſe natura negatam ridendi facultatem. Nos enim non tantum agimus deridendi actu, ſed etiam de potentia: Si quis autem inſtet actum in præſentia definiri, non potentiam, reſpondere poſſem, me illud mihi licere exiſtimaſſe ob relationem, quæ mutua eſt inter potentiam, & actum. Si itidem inſtare non deſinat, & aſſerat facultatem illam eſſe hominis propriam, actum verò nequaquam, & nos iterum reſpondebimus fieri non poſſe, vt certo ſciatur, an aliqui vnquam riſerint: Si verò excipiatur cum eam rem hiſtoriarum monumentis memoriæ commendatam videamus, earum fidem non eſſe in dubium reuocandam, itidem reſpondebo, illud omnino eſſe credendum eos ſcilicet raro quidem videre ſolitos eſſe, & nunquam ridentes fuiße conſpectos, ſed nunquam aut riſiße, aut ſi libitum eſſet, ridere potuiſſe, neminem vnquam aſſirmare auſurum. Socratem quidem dicunt eodem ſemper vultu fuiſſe, & tamen eundem modo riſiße, mo-

Lib. 3. de part. an. c. x.

do ve-

do verò non accepimus: Alteram ad obiectionem reſpondemus, ſi beſtijs quibuſdam conuellantur muſculi buccarum non futurum eſſe riſum conuulſiuum, ſed aliam quandam conuulſionem cum ipſo riſu ne nomine quidem conferendam. Quia cum muſculi illi alijs beſtijs ſponte mouentur, nanquam tamen redditur riſus naturalis: Nam vt riſus fiat, præter buccarum muſculos alia quedam requiruntur. quibus beſtiæ omnes carent. Id quod ab Ariſtotele perquam expreſſe declaratum eſt his verbis ἔτι δ' ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην γίνεται τὸ μὴ τῶν ἄλλων πληττομένων γελᾶν ἐοικότως οὐδὲν τῶν ἄλλων τὴν ἁμαρτ. Ideſt. Lib. 3 de part. an. c. 10.
„ in cęteris animalibus cur id non aliquando fiat? Riſum enim his nunquam præcordijs traiectis moueri conſentaneum eſt, cum ridendi vi careant. Itaq; ſi ridendi vim non habent, neq; actum habere poſſunt, quia illius eſt actus, cuius eſt potentia. Neque nos moueant, quæ de Picis, & Pſitacis, alijſque animalibus dicta ſunt, Ea enim locutionis riſus, & Fletus paruam quandam vmbram imitantur, nec eam quidem ex natura, ſed ex conſuetudine, & ventris inſtigatione: Vnde etiam omnis alia pedia brutorum oritur. Ad tertiam, & vltimam obiectionem reſpondemus ſatis eſſe, vt ſemper riſibiles ſimus: Sed eſto cogamur fateri inſtitutum noſtrum eſſe, vt tantum de actu ridendi agamus, cum in definitione nulla mentio de potentia facta ſit, reſpondemus ea ratione dici riſum eſſe homini proprium, qua lunæ Ecclipſim. Nam quod actus ecclipſis non ſemper accidat lunæ manifeſtum eſt. Quod autem eadem Eclipſis non tantum in potentia, ſed etiam in actu ſit eiuſdem proprietas aperte demonſtantur apud Ariſtotelem lib. poſt. Anal. vbi docet, quomodo fiant demonſtrationes de his, quæ non ſemper ſed ſæpe fiunt, Cuiuſmodi eſt lunæ Eclipſis. Ideo quemadmodum eo loco opportune demonſtratur, quod actus Ecclipſis de quo ibi agitur, proprietas eſt, ita & hic ridendi actus Præterea quamuis non ſemper accideret, ſed ex his proprijs eßet, quæ omni, & ſoli tantum contingunt, illud nihil referret, quia ad definitionem conſtituendam, ſatis eſt, vt ipſum ſubiectum in ipſam ingredi poſſit: vt ſi canities ſit definienda Homo in illius definitione comprehendatur: Hactenus igitur compertum eſt in definitione riſus ſumendam eſſe differentiam à ſubiecto proprio ideſt ab homine. Nam cum riſus ſit quidam motus nimirum illud ſubiectum erit, quod mouetur. Ideo homo quatenus mouetur, erit

Ariſ. lib. de ſom. & vigil. c. 1.

Ex Perſio.

ſubiectum: Sed omne, quod mouetur, vel mouetur per ſe ideſt
Ariſtot. *totum, vel per accidens vel ſecundum partem. Videndum igi-*
phyſ. lib. *tur vt, quæ potiſſimum partes moueantur: Mouentur autem*
5 pr, *præcipuæ os, Buccæ, & pectus vt ſenſui patet: Buccas autem*
Horat. *modo intelligo partes illas; quas & iras centes inflare ſole-*
1. r. lib. *mus, vt quin Iuppiter ambas iratus buccas inflet? Et malas*
pr. ſat. p. *alibi etiam appellatus inuenimus, circa quas dum videmus fit γλασῖνα, i. coiungatio, de qua Martialis. Nec cibus ipſe iu-*
„ uat morſu fraudatus aceti, nec grata eſt facies cui gelaſinus
„ abeſt. Habemus ergo genus, & differentiam ab ipſo ſubiecto ſumptam. Verum quia idem genus, & eandem differentiam habent riſus verus, & riſus fictus, vt alter ab altero diſtinguatur, & ſeparetur alia eſt addenda differentia, vt videatur quæ ſit veri, & falſi diſtinctio, Quæ quidem erit, vt verus fiat ob lætitiam excitatam ex obiecto ridiculo proprio: Falſus autem qui abſq; lætia, & obiecto fingatur: Atq; hoc pacto altera differentia ab hac lætitia, & obiecto eſt accipienda. Talis ergo erit
Riſus quid. *hæc definitio. Riſus eſt motus voluntarius hominis ſecundum os, buccas, & pectus ob lætitiam excitatam vb obiecto proprio, Quod ſi in hac definitione inuenienda diutius commorati ſumus, quam par fortaſſe fuiſſet, lectorem rogo, vt culpam conferat in ipſius rei nouitatem: Atq; Baltaſſarem Caſtilioneum coarguat, qoi in eo libro, qui Aulicum hominum inſtituit dicere non dubitauit adeo difficilem eſſe riſus cognitionem, vt neq; ab ipſo Democrito exprimi facile poſſet: quàmquam, & à candido lectore probari optamus; Quod ſi minus contingit, induſtria mea certe acrioris alicuius ingenium excitabo, qui fælicius totum hunc locum proſequatur, cui & perpetuam gratiam habebo, & per quam libentiſsime eius diſputationem cognouero: Sed interea his demonſtratis ad ſpecies ipſas quambreuiſſime declarandas accedamus.*

De ſpeciebus riſus. Cap. IIII.

SPecies omnino duplices eſſe, atq; intelligi ſolent, Eſſentiales nimirum, & accidentales: Eſſentiales quidem ſunt vt ſatis iam demonſtratum eſt, quæ à diuiſione generis per ſpecificas differentias petuntur: Accidentales verò, quæ ab aliquo generis accidente: Hę etſi prima fronte parui facienda videntur: tamen

men ſæpe ſunt adhibendæ, cum quia ſpecificas differentias ignorare non debemus, tum etiam quia vulgo ſic eas accipere conſueuerunt, quemadmodum apud Authores per multa extant exempla: Nos verò prætermiſsis accidentibus omnibus in riſu exiſtentibus illius differentias, quod poterimus à re eſſentiali capiemus Diuidendus ergo nobis eſt riſus per differentias eſſentiales, quę ab aliqua illius parte eſſentiali peti debet. Illæ autem partes ſunt præcipue tres. Si enim ſpectes illius definitionem, inueneris genus, & differentias, ſiquidem genus eſt motus voluntarius: Altera differentia ſumpta eſt à lętitia, & obiecto: Si præterea ſpectes riſum, vt eſt ſimpliciter motus quidam voluntarius, tres itidem partes eſſentiales comperies ſcilicet facultatem, inſtrumenta cum partibus, & obiectum. Vtram verò diuiſionem capias, nihil intereſt: Nam quod ſpectat ad primam diuiſionem à motu voluntario, & à partibus nulla ſpecifica differentia capi poteſt: Quia omnis riſus eſt motus, que voluntarius, & eędem partes mouentur. A lætitia verò ſenſuum nulla eſſentialis differentia capi poteſt: Solum igitur reſtat obiectum, quod eſſentialiter diuidi poſsit: Quod verò ad alteram diuiſionem pertinet, à facultate, & inſtrumentis nulla eſſentialis differentia capi poteſt, quia facultas ſemper eadem eſt, eademque inſtrumenta eodem modo mouentur: Ideo, & in hac reſtat obiectum, quod quidem qua ratione diuidendum ſit, ego vt ingenium fatear, adhuc indicare non audeo: Niſi forte tria in genera diuidi poſſe videatur, quorum vnum illud ſit, quod ab Ariſtotele dictum eſt vitium & turpe ſine dolore, vt os diſtortum, & quando quis cadit in terram, ſi de improuiſo incidat in lapidem quod obiectum ſæpe numero ridiculum appellatur ſimpliciter, vt ridiculum caput. Alterum genus eſt quando res nobis grata, & ioc unda fit nobis obiam, vt filius, vel amicus, de quo agitur ab Ariſt. in Problem. Tertium eſt ex titillatione, quę nobis fit ſub alis, de quo meminit idem Ariſt. lib. eodem: Verum, & ſi non nulli exiſtimant hoc ridendi genus ex titillatione eſſe potius imaginem riſus quam verum riſum, quo in numero fient Nicander, Ioſſus, & Fracaſt. nihilominus quia mihi verus riſus ſemper viſus eſt, placuit eum inter vera genera recenſere Iam hoc ridiculi obiectum alio modo, aut alias in partes diuidi poſſe non video, Quod ſi diuiſio noſtra candido lectori probabitur, erit mihi ad prime iocundum: Quo autem inſtitutum noſtrum abſoluamus

Lib. poe. c. 2.

Sect. 28 prob. 8.

Sect. 25. pro. 8.

ſoluamus breuiter hanc noſtram diuiſionem repetentes dicimus, triplicem eſſe riſus ſpeciem, primæ ſpeciei riſus erit qui à re turpi ſine dolore excitatur: Alterius verò à rei gratæ occurſu, tertiæ quando fit à titillatione ſub alis. Nihil in præſentia dico de ea riſus ſpecie, quæ aptius, & commodius deriſio dici poteſt, quæ tamen cum prima diuiſionis noſtræ ſpecie quodammodo conuenire videtur, vt cap. primo lectorem admonuiſſe videmur: Quomodo autem ſe habeat vnaquæque ſpecies, & vnumquodq; ex his obiectis, clarius infra ſuo loco demonſtrabimus: Hæc de ſpeciebus dixiſſe ſatis eſt: Reliquum eſt vt cauſas conſideremus, igitur ad partem tranſeamus.

De cauſis Riſus. Cap. V.

VT de cauſis riſus recto, & concinno ordine agamus, neceſſe eſt profectò; vt riſum ipſum ſeorſum, & diuerſa quadam ratione conſideremus, nempe vt potentiam, qua riſibiles dicimur, & vt actum, quo ridentes: primum ergo conſideremus ridendi potentiam, & quas cauſas habeat enumeremus: Riſus igitur hoc nomine ſumptus bifariam poteſt conſiderari primo videlicet, quæ & quot ſint cauſæ quibus ſpecies hominis facta eſt riſibilis. Quas quidem cauſas claritatis gratia nuncupabimus generantes ſecundo autem quæ, & quot cauſæ poſſint riſum ipſum intendere, vel remittere: nos enim videmus omnes homines non tantum eſſe natura riſibiles, ſed quoſdam in riſum adeo procliues, & propenſos, vt ineptiſſimi exiſtimentur: Alios vero mediocriter ſeſe habere. Incipiamus ergo à cauſis generantibus hanc riſus poteſtatem: Ille quidem cauſæ ſunt materia efficiens, forma, & finis. Materia quidem duplex erit, nimirum vnde poteſtas hęc ortum ducit, & in qua recipitur: Quod ſit vtraque materia ſpectanda eſt, ex eo facile patebit, quod omnes facultates noſtri corporis ortum habent ab aliquo principio corporis: His tamen exceptis quę inſitę in omnibus noſtri corporis particulis ad nutrimentum et incrementum faciendum appoſitę ſunt: ſed hanc de qua agimus facultatem non eiuſmodi eſſe liquidò conſtat: Eędem autem, cum ab aliquo corpore emanent recipiuntur in corpus. Prrmum ergo tractandum eſt de principio corporis riſus: Quod vt facilius intelligatur, operę pretium

videtur

videtur ab opinionibus aliorum exordium ſumere: Si igitur vetuſtiſſimam Homeri authoritatem ſpectemus, apparebit, riſus principium eſſe in diaphragmate, quia vulnus in eam partem inflictum riſum fecit. Quod etiam in prelijs, & gladiatorum pugnis non ſemel eueniſſe ex Plinio, & Hipocrate didicimus apud quem nota hiſtoria eſt de Ticone Gatapulta in diaphragmate ſaucio. Quin etiam Ariſtoteles ipſe pedibus in eandem ſententiam venit cuius verba, vt fideliter latine reddita ſunt ita ſe habent, ictu etiam traiecta pręcordia in pręlijs riſum attuliſſe proditum ſcilicet calore quem moueat vulnus: & hoc veriſimilius credi poteſt quam, &c. Atque eandem ſententiam quidam poetę ſecuti fuerunt: Nec verò videtur à ratione abhorrere: Nam ex omnibus animantibus ſolus homo ridet, & ſolus mentē habet, Riſus autem ipſe videtur mentem ſequi: ipſum autem diaphragma veteres dixerunt φρένας, quod mentem ſignificat: Eſt etiam alia opinio quę in Democritum authorem refertur, vt riſus oriatur à liene, eaque veteri diſtico comprehenſa eſt. Li.xj.c. 37 5. Epid. n.34. Li.3.de de part. ani c.10. Lib.5.

Cor ſapit, & Pulmo loquitur, fel commouet iras
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Nec ea quidem ratione vacat ipſe enim riſus cum lętitia adeo congruit, vt eam quaſi ſemper ſequatur. At lętitia, vel augetur, vel imminuitur prout humor melanconicus, qui ad lienem refertur magis, vel minus abundat: Ea verò ſententia prius quam viueret Democritus à priſcis Aegiptijs introducta fuit refertur enim à Pierio Valeriano, qui poſt Horum Apollinem de Aegiptiorum Hieroglificis tam diligenter, tam doctè, & copioſè pereractauit, vt nihil ſupra. Cuius quidem verba quod ad eam ſententiam intelligendam mirifice conducunt, huc afferenda putaui. Vbi enim de lienis vitijs agit ad hunc modum ſcribit: Nominem, qui aliquo ſplenis vitio laboret, queque in vniuerſum ad lienem attinēt Aegiptijs ſacerdotes per canis Hieroglificum ſignificabant. Gracillimum enim, ac tenuiſſimum lienem canis habet. &c. Mox verò cum de Riſu agit, inquit: Quia verò canis circa lienem, ea quę ſupra memorauimus patitur, totaque animalis vita inde pendere videtur, factum eſt vt Aegiptij ſacerdotes, quę ſuper riſum conſiderauerunt per canem itidem explicareat: Nam medici tradunt, Rariſſimum, vel difficillimum eſſe Riſum his, qui ſplene laborant,

paulo

„ *paulo intra ſubiungit, ſed enim hoc, vt cumq; habeat con-*
„ *ſectores etiam, vt apud Artemidorum leggere eſt, ex plene in*
„ *ſomnijs viſo, & riſum, & voluptates augurantur: Canibus*
„ *verò cum lien & tenuis, & vitio maxime obnoxius ſit, neceſ-*
„ *ſe itidem eſt, eos hoc hilaritatis affectu, aut nihil, aut parum*
„ *moueri: Ab his verò, quę abſunt, vel ſupramodum adſunt*
„ *animali cuipiam Aegiptij ſignificationes ſuas comminiſce-*
„ *bantur. Hęc ex Valeriano. Cur autem multi crediderint riſum inde ſuum ortum habere rectè explicauit Alexander, ſiuę Aphrodiſius, ſiue Trallianus in ſuis Problematibus: nimirum quia lien ad ſe recipit & attrahit, quę ſanguinem benignum clarumque reddunt; ex quo quidem riſus hilaritatiſque cauſa eſt. Tunc enim ſpiritibus, & animę claritas adiungitur. At ſi lien ſcirrho, uel alia affectione corripiatur id, pręſtare nequit. Inde enim ſanguinem, ſpiritum, animamque ipſam obſcurari, ac perturbari videmus: neque enim riſum, aut hilaritatem fieri permittunt lienis vitio, & affectionibus lienis totum corpus ita conſentire videtur, vt ſi nimirum ille creſcat, omnes corporis particulę contabeſcant: Atque ideo, vt ſapienter omnia fecit, Traianus Imperator dixit, Fiſcum eſſe lienem, quod vt eo creſcente reliqui artus contabeſcunt, ita & Fiſcus non expletur niſi populus emunctus, & pauper efficiatur. Hę ſunt de corpore riſus principio ſententię, quę à ſcriptoribus traditę comperiuntur, quas vt veritas eluceſcat, breuiter perpendere, atque excutere non alienum erit, ſi prius noſtram ſententiam attulerimus, quę ſi quid difficultatis videbitur habere propter authoritatem ſententiarum ſuperius allatarum, illud etiam ſoluere, & hęſitantibus mentibus ſatisfacere conabimur. Diximus ergo hanc facultatem pertinere ad motum volontarium, ergo ab eo corporeo principio pendebit à quo ſolet his motus pendere. At à quo principio motus voluntarius pendeat duę ſunt pręcipuę ſententię, altera ſi licet Peripateticorum, altera medicorum. Peripatetici enim cum omnem animę vim in cor referant, in idem pariter referunt potentiam ridendi: Secus verò ſentiunt Medici ab Hipocrate, et Caleno admoniti, ij enim facultatem ſeſe pro arbitrio mouendi transferunt in cerebrum, & ideo in illud,*
Lib de *vt in primum corporeum principinm vim ridendi referunt. Id*
ſac. mor. *quod Hippocrates cum loqueretur de cerebro apertiſsime dixit*
nu. 16. *his verbis* εἰδέναι δὲ χρὴ ἀνθρώπους ὅτι ἐξ οὐδενὸς ἡμῖν αἱ ἡδοναὶ καὶ

εὐφροσύναι καὶ γέλωτες καὶ παιδιαὶ ἐνθένδε καὶ λῦπαι, καὶ ἀνίαι, καὶ δυσφροσύναι, καὶ κλαυθμοί.

Porro expedit omnes noſſe, quod ex nulla alia parte volupta tes contingunt, lætitia, riſus, & luſus, quæ in optatis rebus connumerantur, Nec item mærores anxietates, triſtitiæ, ac eiula tus, & querelæ, quæ habentur in malis: Vtram uelit ſententiam, quis ſequi poterit pro ſuæ voluntatis arbitrio. Nos quidem medicorum ſententiam, quandoquidem illorum principia vſurpanda ſuſcepimus, probanda omnino cenſemus. Nunc itaq; aliorum rationibus iam appoſitis reſpondere conabimur. Quod pendeat à Diaphragmate mihi non poteſt veriſimile fieri: Nam ſi vulnera quæ eam in partem inferuntur, riſum faciunt, eam ob cauſam fieri crediderim, quia cerebrum ex illius læſione facile afficitur, & patet in phrenetide ex inflammatione eiuſdem partis: Atque hoc ipſum credidit Ariſt, loco iam cita to, vbi dixit, riſum factum ob dicta vulnera prouenire ex calore, quem ipſa vulnera mouent. Verum ne ipſum Philoſophum ſummum erroris, aut mendacij arguere videamur; ita illius ver ba poſſumus interpratari: Vt velit Diaphragma eſſe primum ideſt præcipuum inſtrumentum riſus potius quam principium corporeum, vnde hęc influat vis: Aliorum autem ratio, qui idem de liene credunt ſoluitur ab Alexandro loco eodem ſupra citato; inquit enim lienem non per ſe, & proprie creare riſnm, ſed per accidens. Nam quamdiu ſanus eſt lien, ſuccum melancolicum ad ſe allicit; atque dum ſanguis purus defecatusque totum corpus peruadit, naturam ſimul, & animam non aliter quam vinum oblectat, exhilarat, ac denique in tranquillitatem rectamque conſtitutionem traducit: atque inde excitatur riſus: Contra verò ſi ſanguis ille impurus in corpore fuerit, fuerit, cerebrum petit, & phantaſmata tenebris replet, vſque adeo, vt homines timore ſemper, & mærore excruciet: Atque hęc ſatis eſſe putaui quæ de principio corporeo riſus dicerentur. Reſtat materia in qua hęc vis recipiatur, & cui inhæret, quę item facile patet: Nam hęc facultas eſt accidens quoddam per tinet enim ad ſecundam qualitatis ſpeciem: At accidentibus, quę συμβεβηκότα *Gręci appellant nulla alia materia ineſt, prę ter ſubiectum, cui innituntur, vt patet apud Ariſtotelem: Ergo materia huius facultatis eſt ſubiectum, cui innititur, nimicum homo, cuius illa eſt paſſio propria: paſſio enim propria inſiſtit* li 1. Phiſ. t. 57.

in proprio ſubiecto: Itaque materia, in qua riſus facultas ineſt, nihil aliud eſt niſi hominis ſpecies: Nec plura de materia dicenda videntur. Sequitur cauſa ipſa efficiens, quę vt veriſſime inueniatur, eſt paulo alteris inueſtiganda. Facultas igitur iſta ridendi eſt quędam proprietas, vt ſatis iam dictum eſt, at proprietates concomitansur ſpeciem, cuius ſunt proprię: Ideo ijs innatę ſunt, atque adeo, vt quando generatur Homo, ex conſequenti generatur riſibile: Quod verò eędem proprietates ab aliqua ſpeciei parte eſſentiali emanant, manifeſtū omnibus eſt: Quapropter ſi ingenij aciem diligentius intendamus, facile intelligemus in omni paſſione propria duplex efficiens dari; Remotum ſilicet & proximum efficiens remotum eſt generans, vt Riſus eſt homo, qui dum alterum hominem generat, ex conſequenti generat riſibile An verò hic generans ſit ſolus Mas, an conueniat etiam femina, illorum eſt opus, qui de hominis procreatione pertractant. Efficiens proximum debet ſemper eſſe aliqua pars ſpeciei eſſentialis, paſſionis enim proprię modo cauſa eſt forma, modo materia, & aliquando vtręque ſimul coniunctę. Quamobrem an riſus oriatur à forma, ideſt ab anima, an à materia ideſt à corpore hominis organico, an autem à coniuncto demonſtrare conabimur: Sed prius quędam eſt dubitatio diſſoluenda, quæ nimirum vnicuique in mentem venire poterit. Aliquis enim argumentabitur, Quæritur hic de cauſa efficienti, ac materia nunquam poteſt eſſe efficiens, ergo nihil eſt, quod hoc de ea quæratur: Cui & nos ſit reſpondemus: Et ſi materia, quatenus materia nunquam efficiens eſt, hic tamen corpus poteſt hoc nomine eſſe efficiens: Corpus hoc habet duplicem diſpoſitionem, ſimilarem, & organicam, ſimilaris diſpoſitio, cum nihil aliud ſit, quam temperatio, poteſt alicuius eſſe efficiens; temperationes enim ſunt ſuarum actionum cauſæ efficientes: Eadem fortaſſe ratione, & diſpoſitio organica. Itaque ab his duabus diſpoſitionibus multa naſci poſſunt, tamquam à cauſis efficientibus: Quæ duæ diſpoſitiones etiam ſi in ſe nullam habeant materiæ rationem; tamen ſi referantur ad compoſitum ex anima, & corpore, vel ad ſolam animam, habent materiæ rationem, quia tunc pro materia, & pro corpore capiuntur omnia, quę ad corpus ipſum referuntur, ſpectant, & conſequuntur cum ſubſtantia, & ſuum accidens eodem cum ſubiecta eſſe dicantur: Quare materia poteſt quandoque habere

Efficiēs.

An riſus naſcatur ab anima, an à corpore an à coniuncto.

re rationem cauſæ efficientis, ſed non vt materia. De coniuncto autem aliquis fortaſſe dubitabit, nam in animalibus habemus Ariſtotelis teſtimonium, qui ait operationum aliç incipiunt ab anima, & deſinunt in corpus, aliæ à corpore, & deſinunt in animam. Nullum autem verbum facit, quod à coniuncto aliqua naſcatur operatio, Ad quç quidem ego reſponderem, coniunctum ibi comprehendi ſub corpore, Nam vt videmus multas operationes, quç naſcuntur ab anima, & deſinunt in coniunctum; ita veriſimile eſt aliquas naſci à coniuncto, & deſinere in animam, vel in corpus, quoquo autem modo hoc verum ſit, Quçramus nos an Riſus naſci poſſit à coniuncto, Quod ſi nulla facultas inde naſci poſſit, vt dubitatio nobis incidat, profectò nec riſum inde naſci videbimus: Ergo ad inſtitutam quçſtionem abſoluendam ſupponendum eſt, quod nuper ex Ariſtotele diximus ſilicet operationem, quç ab animalibus fiunt, quaſdam naſci ab anima, & terminari in corpus: quaſdam verò contra ſeſe habere. Superioris partis exemplum ſit erubeſcentia, quç procul dubio oritur ab anima perturbata, & deſinit in corpus rubore tinctum, alterius verò partis exemplum ſit excandeſcentia, quç incipit à corpore affecto nimirum à ſanguine in cordis finibus ebulliente, & expumante, & deſinit in animam ira perturbatgm. Nec igitur ſi ſupponamus nullus dubitandi relinquetur locus, quin riſus facultas ex eorum genere ſit, quç ab anima incipiunt, & deſinunt in corpus; Riſum enim pçcecedit appetitus, quemadmodum eundem conſequuntur reliqui omnes voluntarij motus. Priu; ergo afficitur anima, poſt appetitum autem fit motus earum partium, quas in definitione vidimus, igitur deſinit in corpus, ſi ergo Riſus ex his eſt, quç ab anima incipiunt, ſatis veriſimile eſt, illius cauſam efficientem eſſe animam quæ vt Ariſtoteles tradit eſt ſuarum operationum cauſa efficiens. Quamobrem ridendi facultatis cauſa efficiens lib. 2. de eſt anima: Sed duç ſoluendç ſunt obiectiones, quarum altera an. c. 4. oſtenditur ſpectare potius ad corpus, quam ad animam. Altera vero potius ad coniunctum: Prioris ſolutio eſt: quod vt diximus ea, quç à temperamento, & confirmatione organica naſcuntur, potius ad corpus, quam ad animam ſunt referenda: Sed hæc vis ridendi, cum ſit quidam motus voluntarius, videtur naſci à temperamento, & confirmatione orgon ca cerebri, quemadmodum. & aliç virtutes, quç à medicis dicuntur ani-

Dubitatio prima.

Secunda dubitatio. *males. Altera verò dubitatio pendet ab eo quod dictum eſt ab Ariſtotele, nempe animam nullam aliam facultatem propriam prҿter intellectionem; Ideò ſi quis dixerit animam amare, odiſſe, vel iraſci, aut aliquid ſimile agere idem erit, ac ſi dixiſſet, animam texere, vel ſuere, quod à lucretio eleganter ijs verſibus expreſſum fuit.*

Nec ſine vi quicquam alterius ſibi poſſe videtur
lib 3. Corporis atque animi ſenſum ſentire poteſtas
Sed communibus inter eos conflatur vtrinque
Notibus accenſus nobis per viſcera ſenſus.

Solut. primæ. *Ergo vis ridendi non eſt in ſolam animam referenda: At primam dicimus in hac facultate non dari ſimpliciter motum quendam voluntarium tantum, ſed prҿterea vim ſpecificam ab anima fluentem: Naſcitur enim a forma hominis, vt ipſe homo poſſit hac motus voluntarij ſpecie moueri: Præterea omnis motus voluntarius, & ſenſus quamuis oriatur à temperatione cerebri, nihilominus pendet ab anima, quҿ in corde eſt per vim vitalem inde medijs arterijs influentem in vniuerſum corpus: Atque idcirco facultatem omnium corporis animati cauſa eſt efficiens:* Solutio ſecũdæ. *Ad alteram verò obiectionem facile eſt reſpondere ſi diſtinguatur inter eſſe paſſionem (vt vſitatis terminis vtar) et ab aliquo vt a ſua cauſa pendere Hҿc vis quamquam naſcitur ab anima, tamen eſt paſſio coniuncti, nam ſolius animҿ paſſio nulla eſt, quia ſola intellectio paſſio illius eſt, neque ſolius corporis, quia fit cum cognitione, At corpora hҿc nullam propriam paſſionem habere poſſunt prҿter eas, quҿ mixtorum tantum ſunt, Eſt ergo affectio, vel attributum coniuncti, ideſt totius hominis, Naſcitur tamen ab illius anima, quod ipſum hoc exemplo illuſtrari poteſt: Lumen naſcitur a corpore lucido, vt a ſole, & recipitur in diaphanum vt in aerem, Ideo merito dicetur lumen naſci à ſole, & tamen eſſe affectionem diaphani.*

Aliud dubitandi genus. *Itaque tandem concludetur riſus facultatis cauſam agentem eſſe animam. Sed ſi anima eſt in corde, & riſus eſt in cerebro, qua nam ratione hҿc conuenire poſſunt? Hoc nempe pacto, quod* Solutio. *anima eſt in corde, ſed ex illa oritur vis vitalis, Inde omnes corporis partes, & animatҿ fiunt, & ſingulҿ ſuas pro ratione facultates, & vires acquirunt.* Aqua parte animæ oria *Poteſt hic tamen quҿri à qua potiſſimum animҿ partes hҿc vis oriatur: Nam ſi cuilibet animato corpori vna tantum anima eſt, eaque indiuiſibilis, cum tamen*

ipſa

ipſa multas facultates habeat, diuidi poſſe videtur; Atque tur Ri-
ideo ex aliorum more quęritur, à qua nam parte potiſſimum ſus.
oriatur; à ſentiente ne, ab alia? Hanc quidem ad propoſitam quæſtionem, plures, vt video; eęque inter ſe diuerſę ſunt hominum opiniones. Sunt enim qui hanc facultatem conferant in ſenſum, Quidam in vim motricem, Alij in intelligentiam; Ex Ariſ.
Alij vero in ſenſum & Intelligentiam ſimul, quas quidem opi- libr. de
niones ſingulas conſiderare, priusquam noſtra ea de re ſententia cœl.pr.
aperiatur, operepretium erit, ne earum authores ſententiarum 101. t.
exiſtiment ſe ſe à nobis impugnatos, & in dicta cauſa damnatos eſſe conquerantur. Qui ergo Riſus poteſtatem ad partem ſentientem pertinere exiſtimant rationes afferunt ex ipſa ſentiendi facultate, ex inſtrumentis, & ex obiecto petitas: Ex facultate quidem, quia fit media quadam ſenſitiua cognitione, vt patet ex inſtrumentis ſenſus, quia quęcunque illa ſint: Nam Ariſt. li.
de tactus organo non certe apud homines conſtat, ea pertinent 2.de par.
ad corporis diſpoſitionem: Ideo molliores carnibus ſunt mente an. c.10.
aptiores: At quod Riſus cum corporea natura maximum conſenſum habeat, apertius eſſe iudico, quam vt pluribus demonſtrari opoteat: Ex obiecto quia riſus obiectum ex genere eſt obiectorum ſenſibilium, vt inferius demonſtrabitur. Qui vero hanc ridendi potentiam in vim motricen conferunt, rationem quidem ſatis veriſimile afferre poſſunt: Nimirum quia riſus definitus iam ſit motus voluntarius, & propterea omnia habeat, quę ad eiuſmodi motum ſint neceſſaria, ſilicet inſtrumenta, neruos, muſculos, & aliquod obiectum appetibile. Ratio autem cur quiſpiam ſibi perſuadeat Riſum ſpectare ad intelligentiam, hinc eſt quod nos intelligentia ipſa à cęteris animantibus diſtare videmur, & qua pręcipue homines ſumus alij pręſtantiores: At ſatis ſupra eam demonſtratum eſt, illum emanare à differentia ſpecifica, ergo: Eorum verò rationes, qui dicunt riſum pertinere ad intelligentiam, & ſenſum ſimul, inter quos eſt Nicander Ioß inde ſumuntur, quod cum ſibi ipſis probabile non fietet, vt oriretur à ſenſu, & intelligentia ſeorſum propter Tr. de
eas, quas afferunt difficultates, rationibus autem ſupra à nobis Riſu. c.4.
repetitis refragari minime poſſent, eam ſententiam excogitauerunt, at ab vtroque ſimul naſceretur: Hę ſunt de riſus origine aliorum opiniones, quas, vt breuiſſime retuli ita quam diligentiſſimè diſſoluere, & refellere aggredior, vt poſtremo, quę

ſit

ſit veriſsima ſententia, demonſtretur. Ergo contra eorum opinionem, qui hanc facultatem referunt ad ſenſum, dicimus hoc fieri minimè poſſe, quandoquidem ſi eſset vis ſentiens, omnia animalia riſum haberent quia omnia ſenſum habent: Nam ea, quæ ſecundum quod ipſa competunt, prædicatur de omni: Illorum ratio facile tollitur: Nos igitur de facultate dicimus, quod quamuis fiat media vi ſentiente, ad illum tamen ex neceſſitate non refertur: Nam nec intellectio quidem ipſa fieri poteſt niſi eadem ipſa facultate intercedente, tamen ad alteram vim pertinet: ſic omnis motus uoluntarius: De Inſtrumentis petitis ex corporea diſpoſitione dicimus non poſſe inferri quod ſpectenc ad vim ſentientem; Poſſe tamen fieri, vt referatur ad aliquam vim, quæcunque ea ſit, quæ cum corpore rem habeat: Nec nos illud negare audemus quia læcuis ſequitur certè diſpoſitionem ſui corporis non quidem, vt inde ſimpliciter, & abſolutè naſcatur, ſed potius quia permutetur, hoc eſt intendatur, & remittatur de qua quidem re ſuo loco dicemus: Ad eorum rationem qui in obiectum conferunt Riſus ipſius facultatem, reſpõdemus, quod quamquam ſenſibile illud eſt, tameu non eſt obiectum. Riſus qnatenus ſenſibile, ideſt quatenus color, & ſapor, vel tale quoddam. Poteſt enim idem obiectum diuerſorum ſpecies habere, & ſic animum, & actiones noſtras immutare ſub ſpecie diuerſorum. De quare ſit exemplum hoc ex Euripide vſurpatum, Menelaus in Helenam furiata mente ferebatur, atque ſtrictò enſe occidere volebat. Sed vbi proprius acceſſit, eximiæ pulchritudinis ſtupore correptus, ira odiumque adeo refrixerũt, vt enſem abiecerit: Helena igitur duplicem obiecti rationẽ habuit, iracundiæ ſilicet, & admirationis, vel amoris: Sic idẽ obiectum, & ſenſibile, & ridiculnm diuerſa ratione ſeorſum eſſe poteſt. Nunc eorum ſententiam perpendamus, qui putant, hanc vim pertinere ad facultatem motricem, & quamuis, quæ rationes ab illis afferuntur, aliqua ex parte ueræ uideantur: Cum ridendi vis ſit poſtremo vis motus ipſius, Atque eam ob cauſam honeſtè, atque optime poſſint excuſari, ſi non omnino veriſſimè ſenſerunt. Quod autem decepti ſunt, probatur ex eo, quia non eſt ſimpliciter, ac ſolummodo uis motrix: Quoniam omnia animalia, quæ mouentur hoc genere motus, riderent: ſed eſt potius vis quædam motrix, quæ ſpeciatim pertinet ad hominem; ideo non eſt generatim referenda ad vim motricem. Quid uerò ad eorum

Ariſ. lib. 1. poſt.

rum opinionem afferemus,qui arbitrantur Riſum ab intelligentia prouenire? non difficile ſanè erit excogitare: Nam ſi intelligentia eſt hominis forma ſpecifica, certe ab ea pendet, ſin minus non poteſt oriri ab ea: Quod nos nec poſſumus, nec volumus præfinire: Vna ſupereſt opinio Nicandri Ioſsij, qui intelligentiam cum ſenſu coniunxit, aduerſus quem nihil eſt quod afferamus; ſiquidem ipſemet eiuſmodi ſua ſententia firmata in quaſdam ſeſe diſſoluerit,aliorum ſit iudicium.Nunc igitur aliorum opinionibus expoſitis, nos vt noſtram ſententiam aperiamus, & ne ea aliqua difficultate titubare videatur, Rei ipſius naturam ſpectandam, & altius repetendam arbitrati ſumus: Dicimus ergo Riſus potentiam eſſe proprietatem quandam, quę vt viſum eſt,naſcitur ab illa hominis parte eſſentiale, quæ iurè forma eſt. Illud autem compertum exploratumque eſſe debet, in omni corpore naturali, quodcunq; infra orbem lunæ poſitum eſt (nam de corpore illo ſuperiori, quod ſempiterno ordine in girum oritur non eſt hoc loco diſſerendum) eſſe quandam formam per quam corpus ipſum in actu verſatur, vſque adeo, vt ex hac forma, quæ eſt actus primus, & ſua materia quæ eſt in potentia, fiat totum corporis compoſitum quod eſt vnum in actu: Quæ quidem forma cum ſit actus ſuæ propriæ materiæ, vel potius coniuncti, quod Phiſici dicunt informare, ab ipſius conditionibus ſe abſtinere nullo modo poteſt: Atque hęc adeo vera ſunt, vt niſi quis uelit Ariſtotelis, ac totius Philoſophiæ Peripateticæ authoritatem in dubium vocare, hoc eſt inſanire, nullo modo inficiare poſsit. Quando autem fit hæc coniunctio materiæ & formę in eo quod vnum in actu genitum eſt, ex neceſsitate conſequuntur ea,que partes eſsentiales,vel coniunctionem partium ipſarum conſequi dicuntur, verbigratia genitum ignē conſequuntur? leuitas,caliditas,raritas: Ideo iure optime dictum eſt dans formam dat conſequentium formam. At quotus quiſque reperiatur, qui neget omnia animalia eſſe corpora naturalia: Ergo compoſita ſunt ex materia, & forma ea conditione,qua dictum eſt: Sed animalium forma eſt anima,& materia corpus organicum, atq;ideo animalia genita ſunt ex anima,& corpore,anima quidem vt forma,corpore autem organico, vt eſt materia. Hominem autem eſſe animal pręter nouum Sophiſtam Cardanum omnes vno conſenſu fatentur.Sentit enim & appetitu mouetur: Quamobrem hominis generationē conſequuntur

lib.11. de ſubtil. ſequuntur ea, quæ à partibus naſci dicuntur? At, vt ſupradictum eſt, Riſus naſcitur ab anima, ex eo fit, vt ab ea anima naſcatur; quæ eſt actus hominis: Quæ autem hæc anima ſit, an cogitatiua non eſt hic differendi locus. Hoc quidem notum omnibus eſt cum triplex ſit animarum genus, vegetans, ſentiens, & intelligens, ſpecies tamen totidem ſunt, quot ſpecies animalium; atque ideo cuilibet animalis ſpeciei ſua anima ineſt ab alijs omnibus ſpecie differens: Quæ autem homini anima infuſa eſt, illius nullum aliud animal particeps eſt. Ea igitur anima, quia eſt actus corporis humani non poteſt ab illius cõditionibus abeſſe. Ab hac igitur naſcitur ridendi facultas verùm quia hominum generi quædam ſparſa ſunt ſemina diuinitatis non eſt dubitandum, quin ea longe altius proficiſcantur. Cum itaque conſtet inter omnes, intelligentiam quandam cælitus hauſtam, atque libatam hominibus ineſſe, qua quidem intelligimus, & ſapimus, quæ cum corpore ipſo nihil commune habeat non poſſit corporis actus dici, De qua poſtremò cum honoris cauſa plura non ſint hoc loco dicenda, ſatis indicatum eſt, qua uam ab anima Riſus poteſtas oriatur. Quod ſi alio ſpectautibus nobis, hic locus paulo frigidius, ac breuius pertractatus eſſe uideatur, nos quidem ſatis animo noſtro feciſſe putamus, qui rem ipſam digito quod aiunt, monſtrauerimus: Porrò autem qui ingenio ac doctrina ſpectant ipſi rem cognoſcent, & indicabunt: Mihi enim vt hęc nemini omnium facilia ſcitu ſunt, difficillima euenerunt, ex me autem eiuſmodi rerum cauſas quærere, quaſi qui ſiti enectus aquam è pumice petat: Cui autem noſtra ſententia minus arridebit aliorum opiniones, quas recens armis, nouit, ex ijs aliquam eligat, vel ipſe nouam excogitet, in quam quidem ſi veris rationibus confirmauerit, & me pedibus ire non pœnitebit, à quo tamen peto, vt candido animo noſtram ſententiam accipere uelit: Hæc enim ſunt; quę de cauſa riſum efficiente ex ingenio inuenimus, & prodenda exiſtimauimus: nunc finem ipſius conſideremus.

De Riſus Fine.

OMnium ſanè quæ fiunt, alia quidem primario in loco ponuntur, alia ſecundum, & conſequentem locum obtinent, quæ

quę producta nominantur. Primaria ſunt, quæ ab agentè prima ex intentione fiunt, Producta autem quę conſequuntur ex illis, quæ ab agente primario facta fuerunt. Hæc autem duplicia ſunt, alia enim neceſſario contingunt, vt vmbra conſecutione quadam neceſſario ſequitur corpus. Alia uerò cum aliqua agentis prouidentia, vt ad ſolem eo modo, quo ſic uidemus conſtitutum ſequitur lumen, ſed non ſine agentis prouidentia quia eiuſmodi conſtitutus eſt ſol, vt lumen referre poſſit. Ego autem riſus facultatem ex eo genere eſſe crediderim, quę ex conſequenti, ſed non ſine agentis prouidentia facta ſunt. Quod autem ex conſequenti facta ſit patet ex eo, qnod ad hominem conſtituendum neceſſaria fuerunt ſua propria principia, nimirum forma, & materia. Hęc autem principia conſecutus eſt riſus, Neque enim credendum eſt, talia principia conſtituta fuiſſe in ſolius Riſus gratiam: Quod uerò non ſine agentis prouidentia facta ſit, manifeſtum eſſe poteſt ex admirabili huius facultatis generatione, ex inſtrumentis, obiectis, vtilitate, ex omnibus denique, quę in tdtam hanc tractationem inſinuare, & congerere conati ſumus. Verum quia Agentis prouidentia ad aliquem ſcopum dirigitur neceſſe eſt hunc ſcopum ſignificari. Intentio igitur cur hęc facultas facta fuerit, vel vt apertius dicam à natura attributa, uel animæ, uel corporis cauſa dici poteſt: Animę quidem cauſa, cum ea, quæ ad animam pertinent in abditiſsimis noſtris viſceribus contineantur, atque idcirco penitus abdita, & retruſa lateant, niſi aliquo ſigno nobis indicentur: Et cum duæ potiſſimum ſint res, quę ſigna deſiderent quibus extrinſecus demonſtrentur lætitia, & dolor eam ob cauſam duo maximè ſigna à Natura ſunt conſtituta, Riſus, & Fletus, Finis ergo riſus eſt, vt lętitiam ac uoluptatem oſtendat. Nam ipſo in vultu, tanquam in ſpeculo animę affectus fiunt manifeſti. Hinc enim videmus ſępe frontem, oculos, nares, os, totumque vultum immutari, quę quidem muſculoſę cuiuſdam ſubſtantiæ ſibi ſubiectę beneficio mouentur, & corrugantur, prout diuerſi ſunt animæ motus. Atque eam ob cauſam Socrates, qui aliquando φροντισὴς, dictus eſt eodem ſemper vultu eſſe dicebatur, quia animum ſemper ęquabilem, qui nullis perturbationibus commoueret ? habere exiſtimabatur. Qui uerò ſit finis riſus corporis cauſa commodius diſquiretur in capite de effectis, vbi de eiuſdem ſiue plenius, & copioſius pertractabit ? Reliquum in pręſentia eſſet, vt for-

Zenoph. in conu.

E malem

malem cauſam ſcrutaremur, quæ nihil aliud eſt, quam ipſa ridendi facultas, vel vt magis perſpicue declaretur quędam hominis propenſio, & alacritas ad ridendum: nec plura de ea dicere neceſſe eſſe putamus: Quemadmodum & de cauſis generationis ſatis iam dixiſſe videmur. Supereſt igitur, vt videamus, quibus hæc ridendi facultas intendi modo, modo remitti poſſit ad quas explicandas feſtinamus.

De cauſis quibus ridendi facultas modo intenditur, modo remittitur. Cap. VI.

HActenus quidem vidimus quibus cauſis omnes homines habeant ridendi vim, ſupereſt ergo, vt quoniam hominum aliqui ad ridendum ſunt procliuiores, quã vt ſatis ſani habeantur, quidam verò ſeueri, & magis continentes, eius quoque rei rationem inueſtigemus. Sed illud in primis candidum lectorem admonitum uelim in præſentia non eſſe ex profeſſo agendum de illa ridendi diſpoſitione, quæ quibuſdam quaſi naturalis dici poteſt, & quaſi naturalem nos intelligere ridendi affectionem in pueris, in idiotis, imperitis, & huius generis hominibus, qui non aliam ob cauſam in riſum ſoluuntur, niſi ob admirationem & rerum nouitatem: Cum contra ætate grandiores, & callidiores prudentius riſum temperent: Sed ſic rem ſpectabimus, vt rationem reddere poſſimus, cur homines eiuſdem conditiones alij magis, alij minus ſint riſibiles. Exempli gratia cur inter Plebeios, & infimæ conditionis homines, alij facilius, alij difficilius rideant: Quæ quidem cauſæ, cum & internę, & externę eſſe poſſint. Ille quidem ad animam, hæ uerò ad corpus neceſſe eſt pertinere: Anima enim vnde hæc vis influit, eſſe non poteſt, quia omnibus hominibus eadem ſemper anima & eodem ſemper modo ineſt: Quodſi illius operationes tot modis diuerſæ fiunt, quot omnes quidem ſcimus illud ex corporis ratione euenire nemini dubium erit Naſcitur ergo à corporis diſpoſitione. Sed quia corpus hoc nihil aliud eſt, quam partiũ ipſius congeries: Ipſarum vero partium duplicem eſſe ſpeciem conſtat: ſimilarium ſilicet, & organicarum, duplicem eſſe diſpoſitionem corporis oportet, ſimilarem ſilicet, quæ ſita eſt in partium componentium temperie, ex primis quatuor qualitatibus orta, & organicam, quæ in

Cauſę internę & externę.

carum-

earumdem partium magnitudine, numero, figura, & ſitu conſiſtit: De illa verò quæ poſita eſt in continui vnitate nihil eſt quod agatur, quando parum, aut nihil ad hunc locum explicandum attinet: Videndum eſt igitur, quæ diſpoſitio ſimilaris, & quæ organica riſum augeat, uel imminuat: Quod pertinet ad ſimilarem, ſpectanda in primis eſt ſeries rerum, quæ contingunt in riſu. In quo quidem uidemus partes moueri os ſilicet, buccas, & pectus: quæ quidem mouentur, quia trahuntur ab inſtrumentis, ideſt à neruis, & muſculis, hi autem contrahuntur, quia voluntatis imperio parent. Voluntas autem eos tunc contrahit ob lætitiam aliquam animo conceptam ipſa uerò lætitia concipitur ex prius concepta re ſub ſpem boni intercedēte phantaſia. Hæc denique pendet ab obiecto. Itaque obiectum prius excitat phantaſiam, à qua ſub ſpecie boni naſcitur lætitia, hæc prouocat voluntatem à qua mouentur nerui, & muſculi, ij uerò tandem mouent dictas partes: Quod ſi rem ipſam recto intuitu inſpiciamus, totius rei ſumma poſita eſt in Cardine comprehenſionis, & imaginationis rei ſub ſpecie boni uel mali, vt inde ſiat lætitia, vel triſtitia: Nam obiectum, partes, & inſtrumenta nō poſſunt adeò mutari à temperamento, & uim ridendi intendant, aut remittant: Voluntas uerò ad mouendos neruos, & muſculos magis uel minus inuitat, prout maior, uel minor lætitia concepta fuerit. Videamus ergo quod nam temperamentum ad bonam uel malam imaginationem plus, minuſue conferat: Poſtea videbimus quæ nam temperamenta lætitiam, & riſum concilient. Quorum quidem triplex erit genus, vnum eorum, quæ ad riſum mediocriter mouendum conferunt, Alterum eorum quæ riſum augent, Tertium eorum, quæ eundem minuunt. Satis autem cognitum eſt noſtri corporis temperationem immutari à temperatione ſanguinis, cum ex eo nutriatur. Qua de re qui ſanguinem verbigratia bilioſum habent, temperationem corporis concipiunt calidam, & ſiccam, & ita de alijs eſt intelligendum: In primo igitur ordine, qui aliorum eſt, veluti menſura, & metrum continentur hi qui ſunt bona corporis temperatione, in quibus non excedunt, neque deficiunt humores, non prędominatur phlegma, non bilis, aut melancolia, ſed eorum omnium quātitas, & proportio optimè conſtat: Ideoque ij mediocritatem in Riſu habent & tunc rident, cum & quatenus ingenuum, & urbanum virum decet: Præterea huius generis homines, quemadmodum

in ridendo mediocritatem ſeruant, ita etiam niſi aliud ſit vitij adiunctum faceti, & elegantes dici ſolent: Siquidem inter elegantiam, & facetias, quorum cōtraria ſunt Ruſticitas, & Scurrilitas, poſita eſt quædam moderata congreſſio, qua præcipiente ea dicunt quę ſunt opportuna, ac digna, quæ audiantur, vt Ariſt. ait. Hoc autem loco animaduertendum eſt, quod ſi quis eius temperamenti fuerit, quale iam dictum eſt, nihilominus mediocritatem in Riſu non ſeruauerit, illud non temperationis cauſa fieri, ſed alicuius diuerſę rei. Atque hoc lectorem admonitum etiam, atque etiam uelim ſemper meminerit, cum de huiuſmodi cauſis agi contigerit. Ad ſecundum ordinem ſpectabit temperamentum ſanguineum, in quo ſcilicet homine plurimum ſanguinis eſt, & minus aliorum humorum: is enim quandam retinet claritatem ſpirituum, & animæ ipſius, qua quidem nec imaginationes obſcurantur, nec tenebræ inducuntur à Melancolia, non irritantur à bile, nec pituita fiunt hebetiores, & ſegniores: Ideo quacunque de re cauſaque eiuſmodi homines lętantur, & ſoluuntur in riſum: Quod quidem ex eo nobis confirmatur, quod ſi hęc temperies inciderit in hominem idiotam, in puerum, & imperitum, propter admirationem cum lætitia coniunctam, continuum ferè riſum creabit, uel dicam ſępe hominem ad delirationem uſque perducet, de qua ſcripſit Hippocrates delirationē cum riſu tutiorem eſſe, quia à ſola eius ſanguinis caliditate committitur: Intenditur uerò, ac remittitur ijs de cauſis: nam vel coniungitur cum admiratione, ideſt ignoratione rerum, uel non. Præterea uel occupat totum corpus & præcipue per ſe cerebrū vel non, Nam quando cerebrum inuadit, non tantum lætitiam, & riſum, ſed delirationem etiam ſine ignoratione parit. Inde uidemus quandoque gnaros & literatos uiros in delirationē cum riſu incidiſſe. In tertio autem gradu reponuntur illi, qui corporis temperamentum uel totius, uel præcipuè cerebri, ex aliorum humorum mixtione impurum infectumque habent: Horum uerò triplex eſt ordo, Vnus illorum, quibus ſanguis impurus eſt ratione admiſtę melancholiæ, ij ſunt in poſtremo ridendi gradu: Facit enim hæc diſpoſitio homines mærore timore, & anguſtia affectos, Nam cum ater ſit, implet caput tenebris, omniaque phantaſmata nigra & atra reddit timorem, & mærorem redolentia, & ideo tam praua ſymptomata parit, qualia ab authoribus recenſentur. Ille enim ſe fictilem ollam eſſe exiſtimat; timetque

li 4 eth. cap. 8.

Idem dicit Hip. l. de ſtract. hominis 2. numero.

li. 6. Aph 56.

metque ne collidatur. Hic autem ſe ſine capite eſſe putat, Alter verò naſum habere centipedem: atque adeo hominem non tantū ſæpe afficit, vt Ecliſtaſim ſe experiri ſentiat, uerum etiam illum quandoque ita excruciat, vt ſuiſmet cogitationibus à Demone ſeſe illudi cenſeat vt apud Lucretium.

Nam veluti pueri trepidant atque omnia cæcis
In tenebris metuunt, ſic nos in luce timemus
Interdum nihilo quæ ſunt metuenda magis quam
Quę pueri in tenebris pauitant, finguntque futura. Lucr. l. 3

Quod quidem non aliunde euenire putandum eſt, quam ex tenebris, quę intra nos à melancolia excitantur. Quapropter omnia in deteriorem partem accipimus: Ii autem, quibus impuritas, infectioque eſt, flauę bilis vitio, facile excandeſcentia corripiuntur, quia facile ijs circa conſeruet, & expumat ſanguis, Ideo nō quauis de cauſa rident, nec tamen adeò ſunt riſus expertes, vt melancolici, niſi flaua bilis ſuperas lata fuerit, quę tunc melancolia fit peſſima: Atra autem bilis proprie appellatur, & ferina deliria inducit: Qui uerò tantum pituitoſum habitum habent, facilius rident, non quidem ratione lętitię, quam ipſa pituita inducat: ſed potius ratione admirationis: Pituita enim niſi occupauerit cerebrum, homines ſegnes, tardos, ignauos, & ſtupidos facit: Quapropter cum omnia ferè, quę uident, vt noua ijs offerantur, eos facile ἀκαιρογέλωτας, ideſt temere & ſine cauſa ridentes reddet. Quod ſi hęc pituita conſequatur, ſanguineos illos faciet: De quorum habitu dictum iam eſt. Atque hactenus de diſpoſitione ſimilari. Quod pertinet ad organicam, in primis ſtatuendum eſt, an poſſit immutare hanc ridendi facultatē, adeo vt ex ea intendi, & remitti poſſit. Verum cum diſpoſitio organica requiratur in omnibus particulis, ſi de ijs ſingulis agendum eſſet, nimis ab inſtituti noſtri ratione diſcederemus; Satis ergo in pręſentia ſit, quęſtionem de ſolo cerebro eſſe, ex quo diximus, hanc vim emanare & in quo fieri imaginationem ſupponemus Quod ergo hęc diſpoſitio poſſit hanc uim immutare, ex hoc mihi probabile fit, quoniam cerebrum ſemper viſum eſt duplici principibus facultatibus inſeruire, primo, vt ſubiectum, in quo inſiſtit, & ex quo influunt in uniuerſum corpus, ſecundo, vt inſtrumentum, quo intercedente fiunt operationes illarum facultatum. Verumque trinumque immutatur inſtrumentum, neceſſe eſt & operationes immutari; Ergo inſtrumentaria natura

ad ope-

ad operationes augendas, vel minuendas plurimum confert. Præterea diſpoſitio organica & ſignum operationum, & facultatem, ex Galeni authoritate, ſi ergo, & ipſa non immutabit, erit huiuſmodi ſignum, quia ad certam diſpoſitionem organicam ſemper certa quędam diſpoſitio ſimilaris conſequetur, & demum fiet, vt vtraque earum diſpoſitionum ſe ſe mutuo conſequatur, quod quidem minime, verum eſt. Quare concludendum videtur hanc organicam diſpoſitionem ad riſum augendum vel minuendum aliquid poſſe afferre: Non quidem quod cerebrum ſit peculiare organum riſus, vt videbimus, ſed quod imaginationis eſt organum, ſine qua ſatis iam dictum eſt non poſſe riſum fieri. Eßet igitur inueſtigandum, quę nam cerebri diſpoſitio organica confert ad riſum, quę verò non: Ad quam rem exquirendam opus eſt eandem diuiſionem quam ſuperius adhibere, & prius ſpectandus gradus ille, in quo mediocriter ridentes conſiderabantur. Huius ergo cauſam credendum eſt eſſe optimam cerebri conformationem, quæ cuiuſmodi ſit ex Galeno diſcere poßumus: Aliæ verò conformationes, quęcunque ſint à mediocritate recedente, atque imaginationem lædere poterunt: Quaſquidem conformationes non crediderim ab arte corrigi poſſe, ſi ab ortu inſitę, innateque fuerint. Atque ideo non temere credunt, neminem ab ortu ſtolidum euaſiſſe: cuiuſquidem rei cauſa eſt, quia id naſcitur a praua conformatione ſubſtantiæ cerebri ipſius. Reliquum porrò eſſet, vt de organica illa diſpoſitione ſigillatim diceremus, quæ ſcilicet peculiaris diſpoſitio ridendi vim augeret, & imminueret, ſed hoc anatomice rei longius examen poſtularet, quare ſtudioſos lectores ad Ariſtotelem reijciemus, ex curris liq.de.Phyſieg. petant, vt alios præterea authores, quorum ſcripta compilaſſe dicerer, ſi huc eorum ſententias transferrem. Sequuntur cauſæ externæ, quæ quidem, & ipſæ duplices ſunt, aliæ ſilicet vniuerſales, aliæ verò particulares vniuerſales quidem ſpectant ad cæli, & aſtrorum diſpoſitionem: Quemadmodum enim videmus, multiplices earumdem ſtellarum curſus, congreßus, & digreſſus, interualla propinqua, & longinqua, diſpareſque inter ſe earum aſpectus non tantum homines, ſed etiam terras, maria, aliaque omnia ſub lunæ orbe exiſtentia immutari, ſic veriſimile fieret, vt ad augendam, & minuendam ridendi vim aliquid poſſint: Omnia enim quę generantur

lib. art. Med.

Ex Gal. li. de op. corp. coſ. in princ.

lib. art. Med.

Cauſæ externę.

tur

tur, & ſunt, ſimul ac in ſplendidiſſimam huius mundi lucem veniunt repente cæleſtibus influxibus affici ex quadam vi ab ætherea, ac ſempiterna natura emanante, tradit aſtronomorum diſciplina, & præcipue Ptolomeus. Homini autem cui facien-di poteſtas data eſt, ſolum quod pertinet ad animum, quædam propenſio contingit. De hac ergo, quæ ad riſum ſpectat, modo intelligimus. Cauſæ externę peculiares plurimum ad riſum facere poſſunt: Nam diuturna ſtudia, diuturnęque curæ minuunt euidentiſſime quantam vis ridendi diſpoſitionem, quemadmodum contra dicitur, vt animi tranquillitas, atque lętitia quemlibet ad hilaritatem, & riſum excitare poſſunt. Hę autem cauſę externę peculiares pertinent ad ea, quę noſtros animos poſſunt perturbare, quę itidem cauſę cum animos moueant eo magis corpora mouere poſſunt; Quia mutuę ſunt animorum, & corporum paſſiones, vt teſtatur Ariſt. Atque ideo ſi diutius protrahantur habent vim faciendi naturam quandam acquiſitiuam pro ratione ipſarum cauſarum: Atque omnia illa, quæ animam ad lætitiam mouere ſolent, maxime itidem idonea erunt ad riſum conciliandum, cuiuſmodi ſunt crebri, & grati Nuncij fortunæ longa tranquillitas, & conſuetudo libendi.

lib. 1. de iud. aſtr.

lib. Phyſiog. c. 1.

Nam vinum vel prudentem cantare coegit
Et tenorem ridere, pedesque inferre choreis
Atque tacenda loqui, nec idonea dicere dictu.

Plut. lib. 3. ſymp. in princ. ex Homer. odiſſ.

Contra verò quæcunque mærorem inducunt, ea à nobis riſum arcent, & animos noſtros laruis oplent, vt ſunt ingrati nuncij inopia amicorum, & propinquorum, infortunia ærumnoſus victus, curæ, ſtudia, feriæ, ac grauiſſimæ cogitationes cuius rei in Euangelica lectione clariſsimum exemplum extat in Lazaro, quem Ieſus Chriſtus ſeruator noſter ſuſcitauit à mortuis: Qui poſtquam reuixit nunquam riſiſſe fertur: Inter has cauſas ſi externę non poſtremę dicentur quędam animi noſtri deliberationes, quibus pro earum ratione multis modis immutantur animi noſtri. Id quod pręclare oſtendit Ariſtoteles ille cognomento ieſtus apud Eupolem, Qui quidem Nicię interroganti quibus artibus Iuſtus euaſiſſet, bene, ac ſapienter reſpondit, id pręcipuum fuiſſe naturę munus, ſed etiam alacri animo naturam ſuam adiuuiſſe: Id nimirum ſignificans, ſeſe iam pridem decreuiſſe, vt naturalis propenſio, quam habebat ad Iuſtitiam cum ipſius animi exercitatione ita adiuuaretur, vt iuſtus euaderet

deret. Quod ipſum quo nam pacto ad riſum transferri poſſit nemo non videt: Itaque hę, & huiuſmodi ſint externę cauſę de quibus me non ſatis cumulatè tractaße intelligo, quia non ille mihi propoſitus ſcopus fuit, ſed quo ad riſus affectionem explicandam ſatis tetigiße exiſtimo. Quaſdam etiam cauſas prętermitto, quæ ad riſum modo excitandum, modo reprimendum, occulta quadam ratione conferre vidētur, cuius generis ea ſunt, quę à Plinio ex Theophraſto ſumpta referuntur? In Phrigiæ duos fontes inueniri, quorum alter Galeno à Riſu, alter verò Clęon à fletu noncupatur: Item fons ille in fortunatis inſulis, Cuius aquæ ſi quis eas biberet, tantum in riſum propellebant, vt emoreretur: Refertur etiam ab eodem Plinio in Bactris, & circa Boriſthenem herbam quamdam inueniri, quę Gelotophilis appallatur, quæ ſi bibatur cum Mirrha, & vino, varias obuerſati ſpecies, ridendiq́ue finem non fieri in potis nucleis pineę nucis cum pipere, & melle in vinc palmeo. Hę igitur cauſę, ſi recto intuitu inſpiciamus, ad aliquam ex his cauſis quas enumeranimus referentur: Nec enim plura de ridendi poteſtate, cauſisq́ue dicenda ſuperſunt.

li. 31. c. 2.

lib 24. ca. 17.

De cauſis Riſus in actu. Cap. VII.

NVNC verò, vt inſtituti ordinis ratio poſtulat, de his cauſis agamus, quę riſus potentiam ad actum perducunt: Verum cum ſit motus quidam voluntarius, tres pręcipuę illius cauſę erunt conſiderandæ: Efficiens, inſtrumenta cum partibus, & obiectum: Nam hoc idem cęteris noſtri corporis partibus datum eſſe non ignoramus, ſit exemplo pulſus qui tres eaſdem cauſas habet, efficientem, hoc eſt fncultatem vitalem, inſtrumenta quæ ſunt Arterię, vſum ideſt caloris vniuerſi corporis defenſionem, & excretionem extrementorum fuliginoſorum. Idem quoque de reſpiratione dici poßet, verum quod in his præſtat vſus, in riſu præſtat obiectum. Agendum eſt igitur de efficienti, de inſtrumentis cum partibus, & de obiecto Riſus: Quamquam obiectum reliquis abſolutis in alium locum reÿciemus. Cauſa quidem efficiens duplex erit, mediata ſilicet, & immediata, Mediata quidem facultas eſt, quæ ſi cum Galeno ſentire volumus, nihil aliud eſt, quam virtus animalis,

Gal. li. 1. de cuus. pul. c. 1. & deinceps.

Gal. li. 1. diff reſp. ca. 23.

Cauſa efficiens.

malis, quæ à cerebro omnium ducit, pertinet enim ad motum voluntarium: Si vero cum Ariſtotele eſt vis motrix à cordi emanans, vt cæteræ animæ vires. Remotior eſt ipſa anima, quę omnium iſtarum operationum, & facultatum & cauſa efficiens immediata autem eſt lætitia, quę niſi intercederet, non fieret riſus: De earum vtraque agi oporteret. Verum enimuero ſi de mediata hoc eſt de facultate animali vel vitali, atque de remotiori, hoc eſt de anima ipſa tractaremus, nimium ab inſtituti noſtri ratione recederemus: Quamobrem ea tamquam ſuppoſita, & ſatis perſpecta prætermittere, & de lætitia ipſa agere incipiemus, de qua etiam ea tantum afferre ſtudebimus, quę ad hunc locum explicandum opportuna eſſe videbuntur. Nec vero pluribus verbis diſquiremus, quid inter lætitiam & gaudium interſit, vt nullo diſcrimine vtramque vocem liceat vſurpare: lætitia igitur inter ea connumeratur, quæ à Græcis παθήματα τῆς ψυχῆς. à latinis vero perturbationes animi dicuntur, hoc eſt turpidæ, & à ratione auerſæ animorum commotiones. Eiuis vero propria deſcriptio hæc forte erit, ſi dicatur quædam animi noſtri perturbatio, qua commouetur animus ob voluptatem præſentium bonorum, aut ſpem futurorum. Hæc autem quatenus ad præſentem locum attinet; duplex fingi poteſt, maior ſcilicet & minor: Maiorem proprie lætitiam dicunt, minorem vero gaudium. Quare ex ſtoicorum ſententia gaudium poteſt ſapientem occupare, lætitia vero nequaquam: Habet hic affectus cauſas ſuas, & in primis vt plurimum habet communem, ideſt intemperantiam, quæ omnium affectuum radix, & origo dicitur. Dicebat enim Ariſt. de temperantia agens, quemadmodum puerum pædagogi præceptis, ita concupiſcibilis animæ facultas rationis imperio obtemperat; Quare ſicut animi temperantia, hoc eſt placida illa & tranquilla animi conſtitutio, appetitus omnes moderatur, ac temperat, efficitque, vt hę rectæ rationi non ſecus, ac puer pedagogo pareat: Sic intemperantia totum animum peruertit, & ad omnes perturbationes proclinem reddit. Propriæ vero illius cauſæ poſſunt eſſe habitus ſanguineus, voluptates, ſenſibilium præceptiones ſub ſpecie boni, & alia de genere hoc, de quibus copioſe agit Auicenna lib. de medic. cordial. Quæ omnia ſi mediocritatem habuerint, mediocrem lætitiam facient quæ ab vrbano, ſapienti viro non erit aliena: Si vero mediocritatis fines excedent, lætitiam facient

Excu. Tuſ.4.

li.3. & hic c.vlt.

deret. Quod ipſum quo nam pacto ad riſum transferri poſſit nemo non videt: Itaque hę, & huiuſmodi ſint externę cauſę de quibus me non ſatis cumulatè tractaſſe intelligo, quia non ille mihi propoſitus ſcopus fuit, ſed quo ad riſus affectionem explicandam ſatis tetigiſſe exiſtimo. Quaſdam etiam cauſas prętermitto, quæ ad riſum modo excitandum, modo reprimendum, occulta quadam ratione conferre vidētur, cuius generis ea ſunt,
li.31.c.2. quę à Plinio ex Theophraſto ſumpta referuntur? In Phrigia duos fontes inueniri, quorum alter Galeno à Riſu, alter verò Clęon à fletu noncupatur: Item fons ille in fortunatis inſulis, Cuius aquæ ſi quis eas biberet, tantum in riſum propellebant,
lib 24. ca.17. vt emoreretur: Refertur etiam ab eodem Plinio in Bactris, & circa Boriſthenem herbam quamdam inueniri, quę Gelotophilis appallatur, quæ ſi bibatur cum Mirrha, & vino, varias obuerſati ſpecies, ridendique finem non fieri in potis nucleis pineę nucis cum pipere, & melle in vinc palmeo. Hę igitur cauſę, ſi recto intuitu inſpiciamus, ad aliquam ex his cauſis quas enumerauimus referentur: Nec enim plura de ridendi poteſtate, cauſisque dicenda ſuperſunt.

De cauſis Riſus in actu. Cap. VII.

NVNC verò, vt inſtituti ordinis ratio poſtulat, de his cauſis agamus, quę riſus potentiam ad actum perducunt: Verum cum ſit motus quidam voluntarius, tres pręcipuę illius cauſę erunt conſiderandæ: Efficiens, inſtrumenta cum partibus, & obiectum: Nam hoc idem cęteris noſtri corporis partibus datum eſſe non ignoramus, ſit exemplo pulſus qui
Gal.li.1. de cuus. pul. c.1. & deinceps. tres eaſdem cauſas habet, efficientem, hoc eſt fucultatem vitalem, inſtrumenta quæ ſunt Arterię, vſum ideſt caloris vniuerſi corporis defenſionem, & excretionem extrementorum fuliginoſorum. Idem quoque de reſpiratione dici poſſet, verum
Gal.li.1. diff reſp. ca.23. quod in his præſtat vſus, in riſu præſtat obiectum. Agendum eſt igitur de efficienti, de inſtrumentis cum partibus, & de obiecto Riſus: Quamquam obiectum reliquis abſolutis in alium locum reijciemus. Cauſa quidem efficiens duplex erit, media-
Cauſa efficiens. ta ſilicet, & immediata, Mediata quidem facultas eſt, quæ ſi cum Galeno ſentire volumus, nihil aliud eſt, quam virtus animalis,

malis, quæ à cerebro oritum ducit; pertinet enim ad motum voluntarium: Si vero cum Ariſtotele eſt vis motrix à cordi emanans, vt cæteræ animæ vires. Remotior eſt ipſa anima, quæ omnium ſitarum operationum, & facultatum & cauſa efficiens immediata autem eſt lætitia, quæ niſi intercederet, non fieret riſus: De earum vtraque agi oporteret. Verum enimuero ſi de mediata hoc eſt de facultate animali vel vitali, atque de remotiori, hoc eſt de anima ipſa tractaremus, nimium ab inſtituti noſtri ratione recederemus. Quamobrem ea tamquam ſuppoſita, & ſatis perſpecta prætermittere, & de lætitia ipſa agere incipiemus, de qua etiam ea tantum afferre ſtudebimus, quæ ad hunc locum explicandum opportuna eſſe videbuntur. Nec vero pluribus verbis diſquiremus, quid inter lætitiam & gaudium interſit, vt nullo diſcrimine vtramque vocem liceat vſurpare: lætitia igitur inter ea connumerantur, quæ à Græcis παθήματα τῆς ψυχῆς, à latinis vero perturbationes animi dicuntur, hoc eſt turpidæ, & à ratione auerſæ animorum commotiones. Eius vero propria deſcriptio hæc forte erit, ſi dicatur quædam animi noſtri perturbatio, qua commouetur animus ob voluptatem præſentium bonorum, aut ſpem futurorum. Hæc autem quatenus ad præſentem locum attinet; duplex fingi poteſt, maior ſcilicet & minor: Maiorem proprie lætitiam dicunt, minorem vero gaudium. Quare ex ſtoicorum ſententia gaudium poteſt ſapientem occupare, lætitia vero nequaquam: Habet hic affectus cauſas ſuas, & in primis vt plurimum habet communem, ideſt intemperantiam, quæ omnium affectuum radix, & origo dicitur. Dicebat enim Ariſt. de temperantia agens, quemadmodum puerum pædagogi præceptis, ita concupiſcibilis animæ facultas rationis imperio obtemperat; Quare ſicut animi temperantia, hoc eſt placida illa & tranquilla animi conſtitutio, appetitus omnes moderatur, ac temperat, efficitque, vt hæ rectæ rationi non ſecus, ac puer pedagogo pareat. Sic intemperantia totum animum peruertit, & ad omnes perturbationes proclinem reddit. Propriæ vero illius cauſæ poſſunt eſſe habitus ſanguineus, voluptates, ſenſibilium præceptiones ſub ſpecie boni, & alia de genere hoc, de quibus copioſe agit Auicenna lib. de medic. cordial. Quæ omnia ſi mediocritatem habuerint, mediocrem lætitiam faciunt quæ ab Vrbano, ſapienti viro non erit aliena: Si vero mediocritatis fines excedent, lætitiam facient,

Excu. Tuſ.4.

li.3.&hic c.vlt.

*quam ſtoici in ſapientem cadere nolunt. Nec verò alia ratio-
nem lætitiam in hominibus fieri credendum eſt, niſi concepta
ſpecie boni, vel potius iudicio boni inphantaſmata recepti,
quod ipſum conſequitur voluptas, quæ eſt illius boni perfectio:
Et præterea appetitus, quo videtur anima moueri ad perſequen-
dum bonum illud imaginationi oblatum, & quamuis malum
ſæpe offeratur, non raro tamen decipimur ſpeciei recti. In ipſa*
Hor de art poet. *autem lætitia diffunditur, & dilatatur ad exteriora cor, ſpiri-
tus, & facultas vitalis: Idcirco cum omnes animi perturba-
tiones corpus noſtrum alterare plurimum valeant, vt teſtatur*
li. art. med. c. 85. *Galenus, tum maximè lætitia, quæ ſi immedica, atque inſolens
fuerit, repente fulminis inſtar ſpiritibus, & calorem à corde, in
ſumma corporis diſſipandò noxam corpori ingentem affert, &
præſertim ſi puſillanimum occupauerit, ſyncopem nimirum, ac
repentinam aliquando mortem afferendo. Quamobrem mini-
mè mirandum eſt ſi tam multi præ nimia lætitia interierunt,
Chilo lacedemonius, Sophocles, Dioniſius Siciliæ Tyrannus,
Duæ illæ mulieres Romanæ, M. Iuuentius conſul, Philippides
Poeta Diagoras Rhodicus, & alij quidem ab hiſtoriographis
enumerati: At ſi moderata lætitia animum ſubierit multa
quidem ingerit bona: Nam & cor exhilarat, & ſpiritus acrio-*
Gal. l. de par. pil. c. p1. *res reddet, ſanguinem, & naturalem calorem excitabit, ac de-
nique tot nominibus valetudinem curat atque tuetur, vt multi
ſola lætitia morbos propulſent, atque hæc eſt immediata cau-
ſa riſus in actu: Circa quam aliquis fortaße occurret; quod ſæ-
pe videmus homines lætitia plenos non tantum ridere, vt fa-
ciunt ij, qui indignis, improbiſque facinoribus gaudent, cum
vel hominem occiderint. vel quid auare, ac nefarie commiſe-
rint, itemque qui perpetuam, ac diuturnam lætitiam obtinet,
non tamen aſſidue rident: Addo etiam quod aliqui præ gaudio
lachrimant, ad quem quidem reſpondemus quod quamuis ipſa
ſit, quæ immediate facit riſum, non tamen indifferenter vna-
queq; lætitia, primum enim oportet, vt ea ſit poſita in quadam
certa mediocritate, vnde exploditur ea omnis, quæ noxia vi-
detur: Præterea neceße eſt, v: confertim accedat, vnde diturna
excipitur. Denique verò opus eſt, vt habeat quaſdam condicio-
nes alias quæ ab illa lætitia proficiſcuntur, quæ oritur ab obie-
cto ridiculo, vt clarius videbimus in cap. ſequenti ſatis eſt in
præſentia indicaſſe non omnem lætitiam riſum creare, atque ita*

obie-

obiectioni ſatisfactum erit. Sequuntur partes quæ mouentur & materiæ rationem habent, quas quidem vidimus, cum de definitione ageremus, diximus enim eſſe os. bucaas, & pectus. Prætereas aliæ etiam mouentur per conſenſum, vt totum ferè abdemon. Os autem, quod in fatie videmus, quo loquimur, cibumque capimus, & pectus vbi cor, pulmo, cæteraque ad vitam pertinentia continetur, Itemque Abdomon, quod Epigagaſtrion, & venter inferior dicitur, vbi epar, ventriculus, Inteſtina, lien, Reneſque continentur, ſatis ſuperque cognita ſunt: Buccas autem, quas malas etiam nuncupari poſſe ſupra diximus, & quæ Hippocrati, Galeno, aliiſque Græcis . . dicuntur, ſunt faciei partes, quæ ad oris latera vtrinque ſpectant, & quæ dum ſpiritus ore cohibetur, inflammantur, & antiquitus faciebant inter apothera peuticas exercitatioues, quæque partes, dum ingenuus pudore afficitur, rubent: Inſtrumenta verò quibus mediis fit riſus, aut ſunt vniuerſalia, aut particularia. Inſtrumenta.

Vniuerſalia quidem ſunt ſpiritibus animales, & nerui, ſine quibus nullus motus volontarius fieri poteſt. Spiritibus animales ſunt qui ex vitalibus, inſpirato ex ore, & naribus in cerebrum verè componuntur, & fiunt in admirabili illo plexu chor:de, bi verò inde per ſpinalem medullam, & neruos penetrant in omnes corporis particulas. Nerui autem ſunt ipſius cerebri, vel ſpinalis medullæ, quaſi germina quædam membranulis duabus circum vectiti, quas ex cerebro ſecum ferunt, quoſcunque eant, atque ſpiritibus animalibus referti ſemper exiſtunt. Itaque ſenſit corpus, & mouetur. Inſtrumenta particularia ſunt præcipue ſeptum tranſuerſum, & munuſculi buccarum. Ipſum autem ſeptum tranſuerſum à Græcis pluribus modis, ſed in primis διάφραγμα φρένας à Latinis verò aliquando præcordia nuncupantur, & recenſetur inter corporis noſtri munuſculos. Itaque amplum, & rotundum eſt in parte media vbi verò caput habet pluribus membranis conuolutum, & neruis colligatum; In ſummis autem, & extremis partibus non modica carne refertum: Anteriore parte ad nectitur in cartilagine mucronata, quod malum punicum appellatur infra os pectoris ςέρνον nuncupatum, circumduciturque pernſtbarum coſtarum extrema, ac tandem retrorſum ſimulque deorſum oblique contorquetur ad duodecimam dorſi vertebram: In eo autem foramina tria appagent, per quę viam habent œſoplagus, Arteria, Aorta, & ve-

Inter Inſtrumenta particularia ſunt partes craſſiores neruorũ 3 par. veſſal. lib. 4. c. 6.

na caua, ſpectantque ad illum veniant [illegible], è proximo admiſſæ vnde nutriri patet; ſimiliter & nerui, quos in medio ſui recipit. Poſtremo autem vtraque ex parte tegitur duplici membrana, ſuperiori nimirum illa, quæ ſuccingit coſtas, inferiori verò Peritonæo. Illius vſus eſt, vt reſpirationi in primis, ac etiam Thoracis motui, deinde verò fæcibus excernendis inſeruiat. Partium præterea vitalium ſeptum à partibus nutritioni inſeruientibus tamquam interiectus paries diſtinguat: At quem poſtremum vſum Plato exiſtimauit illum eſſe [illegible]. Ariſtoteles verò putauit illius munus eſſe, vt cor, & animam ab exhalationibus ciborum in ventre exiſtentium defendat, ipſosque ventres dirimat. Multa quidem his de rebus dici poſſent, quæ magis attinent ad anatomicæ rei miniſterium: Ea igitur illis tractanda relinquamus, qui anatomicem profitentur; & nos ad muſculos buccarum deſcribendos tranſeamus. Qui quidem inter eos habentur, qui teſte Galeno ab antiquis anatomicæ rei profeſſoribus derelicti fuerunt, & de quibus recentiores diuerſas ſententias attulerunt, quemadmodum videre eſt apud Valuerdem, & Faloppium, qui Veſſalium imperitiæ arguunt, Vſque adeo, vt quid ego de iis ſentirem ſine moleſta, ac faſtidioſa diſceptatione aperire non valeam. Satis enim eſſe ſtatui, vt locus hic diligenter explicatus eſſet, eiuſmodi muſculorum numerum, & figuram, & vnde principium ducerent, in quo autem deſinerent referre: Sed & difficultas tollenda fuit, quæ naſcitur à re ipſa: Nam ab iis muſculis moueri videntur non ſolum buccæ, ſed etiam muſculoſa ſubſtantia labiorum vt patet ex Galeno, & Veſſalio; Non enim moueri poſſunt buccæ, niſi ſimul moueantur labra, Quod quidem etiam in riſu videmus, ſiquidem ridentibus labra in latus dilatantur: Et ideo ſæpe confundentur muſculi buccarum cum muſculoſa carne, & ipſis muſculis labiorum. Hæc autem ſententiarum varietas veterum, & recentium authorum, quorum ex fontibus huius argumenti veritas haurienda fuit, nos ab incepto noſtro auocauit: ſatis ergo ſit in tanta rei obſcuritate dixiſſe, & buccas, & labia pariter moueri oportere, tum ad locutionis vſum, tum ad varios animi affectus efferendos, atque ideo tam buccas quam labra muſculoſa neceſſario habere: Quoniam autem plures motus in vtriſque requirebantur, plures etiam muſculi adhibiti fuerunt, qui in eas partes deſinerent, In quo quidem omnes con-

lib. prim. anat. admi. c. 3. & lib. 4. c. 1. lib. 2. c. 9 Inſt. ana. & li. obſ. anat. lib. 4. anat. adm. c. 2. lib. 2. c. 13.

ſentiunt;

ſentiunt: Quot autem numero omnino ſint, eliciant ſtudioſi ex authorum ſententijs inter ſe diuerſis. Nobis quidem hęc dixiſſe ſufficiat: Eodem autem in numero habentur muſculi illi, qui in ſpaſmo cynico contrahuntur, qui quidem aliquando inſeruntur vſque ad aurium radicem, ex quo ſępe viſi ſunt homines aures mouere, vt beſtię ſolent: Nec plura de inſtrumentis dicenda ſuperſunt.

De obiecto Riſus hoc eſt de Ridiculo.

Cap. VIII.

NVnc quod ſupereſt obiectum ipſum diligenter inquiramus obiectum quidem bifariam intelligi poteſt generatim, & ſpeciatim. Obiectum generatim eſt id omne, quod intercedente lętitia, poteſt diaphragma, muſculoſque buccarum mouere ad riſum: Verum quoquo modo in ſe ipſo ſe habeat hoc idem obiectum ſic generatim ſumptum non eſt facile cognitu: Nam ſpecies illius adeo inter ſe ſunt differentes vt vix, aut ne vix quidem poſſit natura omnibus communis, & vniuoca componi: Sunt enim multę rationes multorumque ſententię, quibus probatur non poſſe inueniri vnum quoddam genus, quod in ſe omnia obiecta contineat: Quas quidem rationes, & ſententias refert oppugnat, & explodit Nicander Ioſſ. ad quem lectorem reijcimus: ne ſi ipſi hic adſcriberemus, ſuperuacuo labore prolixi eſſe diceremur: Ea de re hęc certe noſtra ſententia eſt, Quod quamuis hęc obiecti ridiculi communis natura ęquiuocum potius, quam vniuocum genus redolere videatur, poſſe tamen analogia quadam inter ſe ſpecies illius, vel potius analogata conuenire; Verum quomodocunque ſit, multo prętabilius erit ad ſingulas ſpecies accedere, eaſque ſigillatim explicare, quam circa nouę rei vniuerſalis compoſitionem diutius immorari. Species ergo huius obiecti, vt breuiter repetantur, ſunt numero tres: Quarum primam diximus eſſe illam, quando ridemus, cum deformitate, vel diſtorſione oris. Quę quidem ſpecies ex Ariſt. dicitur peccatum & turpe ſine dolore. Alteram verò, quando iucunditate & caritate quadam allicimur ad riſum, vt amici vel filij conſpectu. Tertiam, quę ex titillatione ſub alis. Prętermittendam autem lib. poet. c. 2.

in præſentia illud obiecti genus iure optimo cenſemus, quod deridendum perbelle dici poteſt. Cuius exempla tantum afferre eiuſmodi ſufficiat. Ennius ab exteris nationibus deriſus fuit,
Cor. Ta. *cum carmina in P. Scipionis gratiam recitaret: Et Nero Imperator ridiculum præſeferebat poſt cœnam cytharam ſonans: & quod ſcripſit Plutar. Phiſici à fœneratoribus ſæpe rideri, quia negent ex nihilo aliquid fieri. Nam apud fœneratores ex eo quod non eſt, naſcitur fœnus: Hęc inquam obiecta prętermittere conſilium eſt, quia pręter quam quod ſi ridicula eſſent, pertinerent ad primum genus, nam omnino dolore carere uidentur, qui tamen deriſionem facile ſequitur: Singulę igitur primo ſunt declarandæ mox uerò quatenus diuiſionem admittent, diuidendę. Prima ergo ſpeciei obiectum eſt turpe ſine dolore: Quod obiecti genus facilius intelligetur, ſi loci illius, qui eſt in libello de arte poetica*
Poeſis. *Ariſtotelis paulo diligentius conſideretur: inquit enim Poeſis eſt ars, quæ imitatione quadam conſiſtit, Illud autem probat inductione ex Epopæia Tragœdia, & alijs. Huius cauſæ ſunt præcipuæ tres eæque naturales: prima quidem eſt naturalis diſpoſitio, quam habemus ad imitandum. Altera eſt propenſio ad harmoniam & metrum: Tertia uerò eſt voluptas & lætitia, quam capimus ex rebus, quę imitatione expreſſa ſpectantibus nobis obijciuntur. Tres uerò eiuſdem Poeſis differentiæ ſpecificæ ſunt, ſumptæ ex parte rei eſſentialis. Nam vel imitamur genere diuerſis, ideſt, inſtrumentis, vel res diuerſas, ideſt, materias, vel diuerſo modo; ita vt tres ſint Poeſis ſpecies, primę quidem ſpeciei. Imitatio per inſtrumentum, imitatio per materiam, Imitatio per modum: Epopęia uero, Tragœdia, Comędia, Dytriambica, & aliæ ſunt Poeſis ſpecies ſpecialiſſimę, vel certe ijs proximę. Primæ verò ſubalternę ſunt tres ſupradictę. Omittamus primam, & tertiam ſpeciem, quarum neutra ad nos pertinet, ſecunda uerò ſubdiuidatur in alias tres: Materia enim quam imitamur conſiſtit in tribus hominum generibus, qui homines ſunt nobis vel meliores, vel peiores, vel ſimiles: Quæ quidem diuiſio iuxta virtutes, & uitia uerſatur, & huc ſpectant Comœdia, & Tragœdia, illa enim meliores, hæc peiores imitatur. Verum etiam ſi hęc diuiſio uerſetur circa virtutes & uitia, vt diximus, Comœdię autẽ vitia competant quia deteriores imitatur, non ideo illud intelli-*
Ridiculũ quid. *gendum eſt in omni genere uitij, ſed in eo potiſſimum, quod ad ridiculum pertinet. Ridiculum enim eſt uitium quoddam, &*

turpitudo

turpitudo ſine dolore: Sed qua ratione ridiculum poſſit appellari turpe ſine dolore, paulo inferius demonſtrabimus: Hoc autem vitium, quod turpe ſine dolore dicitur, & per conſequens ridiculum, & quo ad animum, & quo ad corpus conſiderari poteſt, addo etiam quoad circumſtantias quaſdam extrinſecas: Atq; ideo triplex erit turpitudo, ex qua riſus oriatur? Turpitudo quo ad animum, quæ riſum creare poſſit eſt vt plurimum à ſtultitia quadam, vt in Margite apud Homerum, Qui quidam adeo inſulſus erat, vt neſciret mater ne ipſo filio, an Filius matre nata grandior eſſet. Nec item pater, ne, an mater ipſum peperiſſet. Talis etiam vt Calandrinus, cui perſuaſum fuit, vt ex vxore prægnans eſſet. Corporis turpitudo eſt os diſtortum, & deformis vultus, omniumque membrorum fœda compoſitio, cuiuſmodi Prothæus Vulcani, & Mineruæ filius, qui ob monſtruoſam deformitatem omnibus ridiculus fuit, quales etiam fingit Barontios Ioannes Boccaccius], & qualem nos nuper uidimus Florentiæ Morgantem: Eadem ratione leo ſophiſta populo Athenięſi Ludibrio erat, corpore nimirum inſigniter obeſo, atque puſillo, vt Plut. refert. Turpitudo quoad extrinſeca eſt ueſtitus diuerſus ab hominum aliorum conſuetudine, cuiuſmodi induere ſolēt ſcurræ, & baccanalibus perſonati incedunt ad riſum multitudini concitandum: Hinc ergo comœdiæ materia petenda eſt: Sed non idcirco crediderim illius argumentum, quæ fabula quædam eſt inde omnino pendere: Verum quoquo modo ſit ſufficiat uidere quorſum ſpectet Ariſtotelis ille locus, & quid ex eo nos colligere poſſimus: Sed nihil profici poteſt à nobis circa huius obiecti declarationem, niſi prius declaratum ſit, quomodo per turpe ſine dolore intelligendum ſit ridiculum illud, quod eſt prima huius ſpeciei obiectum: Ad hoc igitur accedentes dicimus, animaduertendum eſſet non omnem animi turpitudinem eſſe ridiculam, ſed illam tantum, quæ eſt ſine dolore, vt eſt ſtoliditas quædam: Sæpe enim ex animo alicuius perturbato dolore afficimur, non autem ad riſum commouemur: Ita nec omnis corporis turpitudo riſum mouet: Sed oportet ſine dolore eſſe. Nemo enim niſi impius ridebit faciem alterius videns in honeſto vulnere fœdatam. In ipſa tandem turpitudine, quo ad extrinſeca illud ſpectare oportet, quod non omnis veſtitus præter conſuetudinem mouet ad ridendum, cuiuſmodi plerunque eſt pauperum, & inopum ueſtitus. Ipſe autem dolor bifariam ſpectari opor-

Digitized by Google

ret, corporis ſcilicet, & animi. Quod autem opus ſit obiectũ hoc ſine dolore eſſe tam corporis, quam animi ex eo demonſtratur quod idem obiectum alij ridiculum eſſe poteſt, cum alius ne ſubrideat quidem: Quod nulla ex re alia ſit, niſi quia illius modi turpe, huic ſine dolore, illi verò aliquo cum dolore occurrit. His poſitis hoc idem obiectum facile declarabimus ex Fracaſtoreo, qui illud perbelle circumſcripſit: & verba illius apponemus, quę ſunt. „ Res ergo quę propriè riſum mouent ſunt in primis „ nouæ, repentinę, leues, ac ludicrę, habentes argutiam quãdam „ & concinnitatẽ ad aliud, Ab ijs maximè ridere ſolemus, etc.

Li ſymp. & antip. c. 20.

Nunc igitur aſſumendum eſt nobis alicuius ridiculi obiectum, in quo has omnes conditiones inueniamus: Pręterea etiam colligendum eſt hanc fuiſſe deſcriptionem turpis ſine dolore: Sit ergo Calandrinus, qui veſtis ſinus omnes lapidibus compleuit, & cum ad portas vrbis venit, vectigalium, & Portorij cuſtodibus riſum mouit. Hominem ergo lapidibus onuſtum venire, nouum, inuſitatumque eſſe liquido conſtat. Ipſa autem rei nouitas in omni ridiculo requiritur, quia cum animus noſter appetibile quid fuerit conſecutus gaudio repletur quodammodo & ſaturatur: Quoniam autem nullus animi affectus eſt, quem temporis longinquitas non aut tollat, aut minuat, vſque adeò, vt ſimia etiam ſi & corpore, & actibus moribuſque ſemper ridicula eſt, tamen ſi eam ſæpiſsime ac frequentiſsime uideremus, deſineret riſum mouere, atque idem effeciſſet Calãdrinus, qui quidem repentè occurrens riſum mouit, ſi diutius ineptiarum ſuarum ſpectaculum exhibuiſſet modicam, aut ferè nullam ridendi cauſam præbuiſſet; Quod ipſum experimur in mimis, Morionibus, & perſonatis, qui quia frequenter ſpectari ſolent nullam ferè uidentur ridendi cauſam præbere. Neque enim aliam ob cauſam Philippus ſannio Scurra ille apud Xenophontem dicebat ſe inuocatum audacter acceſſiſſe ad Calliæ conuiuium, niſi quia maiores riſus ſe concitaturum eſſe putabat inuocatum aduenientem, quam ſi uocatus acceſſiſſet: Hoc nempe ſignificans, quæ ad certum tempus ad futura expectantur ea, minus ridicula eſſe ſolere: Fuit ergo factum illud leue, & ludricum, vt inter omnes conſtat, quale eſſe ridiculum decet, vt obiectum facile percipiatur, & parum ſatietatis afferat, ſed multa cum argutia, & concinnitate occurrat, alioquin vt res inſulta nullum omnino riſum mouiſſet. Cuiuſmodi forte erant ridicula illa eiuſdem San-

In conuiuio.

 nionis

nionis, quæ conuiuis nullum mouebant riſum, & qualia leues quidam, & inſulti ſcurræ edunt: Illæ igitur conditiones omnes requiruntur, vt efficiatur illud turpe ſine dolore: Nam quatenus hoc obiectum eſt nouum, & repentinum poteſt dici turpe, quandoquidem pulchrum iamdiu à natura, uel ab arte, vel conſuetudine conſtitutum eſt, atque ideo nobis nec nouum, nec repentinum. Quatenus uerò leue, & ludicrum eſt ſine dolore accidit, & eo magis ſi argutia, & concinnitas accedat. Hæ enim reciproca ſunt, vt quod turpe eſt ſine dolore, idem ſit nouum & repentinum, leue ludicrumque cum argutia, & cõcinnitate exiſtat, & quod ad hunc modum nouum ſe habeat idem turpe ſine dolore exiſtat. Reliquum eſt vt quotuplex huiuſmodi obiectum ſit, dicamus: Quia igitur in re ſenſili ſenſuique obijcitur, idcirco quot ſunt ſenſibilium, & ſenſuum partes, tot ridiculi ſpecies eſſe ueriſimile uidetur. Sed tamen uidendi, & audiendi ſenſibus maximè apertiſsime conuenit: Nam tactus, olfactus, & guſtus obſcure & improprie voluptatem ſentire dicuntur, Quamobrē nos ea tantum ridicula proſequemur, quę viſui & auditui obijciuntur, ex quibus ea etiam ſunt, quę vtriſque communiter contingunt; nec uerò mirum ſit, quòd ſuperius obiectum ſenſus ab obiecto riſus diſtinximus, quod & nunc facimus, ſed tamen aſſerimus riſus obiecta poſſe diſtingui eadem ratione, qua obiecta ſenſus, quemadmodum Ariſtoteles ſeparauit odoris ſpecies à ſpeciebus ſaporis, Ridiculum enim pertinens ad riſum eſt illud turpe ſine dolore, quod poſtquam nobis ante oculos poſitum eſt, ridemus; & quando aliquem ridemus ſuas res agentem pede lapidem offendere aut labentem cadere. Ridiculum autem pertinens ad auditum eſt, quando ſalsè dicta uenuſtatis, & elegantie plena audimus, cuiuſmodi refertę sũt comędię omnes, in quibus tamen vtriuſque ſpeciei ridicula contingere ſolent, ſit exemplo Paſſienus Paulus recitans elegias ſuas, cum ſic auſpicaretur Priſce iube. Priſcus ſabolenus, qui inter ſpectatores aderat, Ego uerò inquit non iubeo, quo audito incredibilis quidam eſt riſus conſecutus. Huc referri poſſunt feſtiua acromata, ſcõmata, iocoſa conuicia, & quæcunque legimus, quæ nos ridere cogant, vt Comædia Apophtegmata fabulæ mimi, & alia generis eiuſdem, quorum exempla ex M. Tul. oratore ſumpta referuntur à Baltaſſare Caſtilioneo, & qualis eſt Homericus ille Margites & aſperſi ſunt mimi, Xenarchi, Sophronis, & Aleſſemo- lib. 2. de orat.

nis Teij. Obiectum autem, quod vtriſque ſenſibus commune eſt ridiculum dicetur, quod tam viſum, quam auditum delectat, & riſum mouet. Cuius apud M. Tullium extat præclarum exemplum, quod hic referre non alienum duxi l. Neluius lamia vir deformis, contra M. Craßum cauſſam dicebat, etiam lamia Craſſum odioſe interpellaßet, audiamus inquit pulchellum puerum Craßus cum eſſet arriſum, non potui mihi inquit lamia formam ipſe fingere ingenium potui. Tum hic audiamus inquit diſertum multo etiam arriſum eſt uehementius: Ridiculum ergo hoc poſitum erat in ſpectanda deformitate lamiæ, & ſimul in audiendis argutis ſalſisque uerbis Craſsi: Sed ne pigeat alterum exemplum conſiderare ex Xenophonte. Socrates cum ſenex eſſet, ac vir morum grauitate, & corporis, ac uentris mole ad ſaltationem ineptus, nihilominus ſaltandi artem à Siracuſano illo ſaltandi magiſtro, ſerio ſe diſcere velle contendebat, & mox egregie, ſolertiſsimeque ſaltauit, ex quo quidem inter conuiuas incredibilis riſus concitatus fuit. Hęc ſatis dixiße ſit de obiecto prioris ſpeciei. Alterius autem ſpeciei obiectum omnia continet, quæcunque uenuſta, grata, iucundaque obueniunt; dummodo noua, & repentiua occurrant, vt filius, amicus, grati nuncij & quicquid animati, aut inanimati nobis cordi, & in delicijs eße poteſt: Quod idem obiectum itidem, aut prioris ſpeciei duplex erit; alterum ſilicet ad uiſum, alterum ad auditum attinens, & tertium adijcietur, vtrumque attingens: Ad oculos quidē pertinet amicus, filius amata puella, lapis prętioſus oblatus, magiſtratus delatus, omnia denique quęcunque animo exoptata obijciuntur: Sic enim florem, fontem, pratum, catellam uidentes quadam iucunditate, ac lętitia capimur, vt facile in riſum lætitiæ plenum incidamus: Huc etiam ſpectat riſus inter amantes ortus mutui amoris indicium. Ad aures autem omnia pertinent, quibus audiendis lætari ſolemus, quo ex genere ſunt boni nuncij, qui de abſentibus filijs, amicisq; afferuntur: Eodem etiā ſpectant literę ab amicis, & amantiſſimis datæ. Obiectum verò tam oculis, quam auribus commune erit amicus dum nobis loquitur, & iocatur, atque alia generis eiuſdem: Atque hoc obiectum eſt alterius ſpeciei. Vtrumque autem obiectum ſpeciei hoc habet commune, vt non tantum ea qua diximus ratione ridicula eße poſſint hoc eſt dum realiter præſto adſunt, ſed etiam cum abſunt riſum mouere poſſunt, dummodo in memoriam redigantur

lib. 2. de orat.

In conuiuio.

Obiectū alterius ſpeciei.

digantur. Quoties enim uidemus aliquem ſolum incedentem & ſine comite in riſum ferri, illud ex eo fit, quia tunc nouũ aliquid, aut turpe ſine dolore, aut aliud animo egregie carum iucunda recordatione in mentem venit. Quod antea aliquando viderit, aut audierit. Accidit enim hoc in omni riſu voluntario, vt obiectum poſſit eſſe in phantaſia. Atque hęc de primis duabus obiecti ſpeciebus. Sed non me prętérit hoc ab alijs aliter diuidi ſolere. Video enim apud authores, & præſertim apud illos, qui de oratoria uel poetica facultate ſcripſerunt, alio quodam ordine obiecta ridiculi eſſe diuiſa, quorum quidem rationes improbare non auſim, ſed hoc loco placitum eſt hanc diuiſionis rationem ponere: Supereſt in pręſentia tertię ſpeciei obiectũ proſequi, quod ſilicet ad titillationem attinet Ipſa autem titillatio nihil aliud eſt, quam leuis quidam tactus ex attrettatione mollium noſtri corporis partium Transfertur tamen ad alia multa, vt Lucretius 99. & quæ titillare magis ſenſus, quam lædere poſſunt: Quæ autem corporis partes titillari facile ſolent, vt iam diximus ſunt molliores, vt Alæ, coxæ, plantę pedum aliquando Ceruix, quandoque etiam labia, vt Ariſtoteles ait, Cur enim titillentur in cauſa eſt ipſa mollities carnis Quare vt Ariſtoteles docet ex omnibur animantibus ſolus homo titillatur. Præterea etiam titillantur partes illæ, vt Alexander putat, quia cæteris partibus ſunt neruotiores, Ille cauſam referẽs, cur titillatio, & fricatio plantarum ſomnum inducant, ideo fieri inquit, quia extrema neruorum eò concurrunt, & coeunt, His autem vehiculis pertractatio illa leuis ad cerebrum vſque tranſmiſſa permulcet animum, atque ad requiem, ſomnumq́ue inuitat: Vt autem Ariſt. ſentit, cauſa eſt cutis ſubtilitas, & tactus inconſuetus, vt patet in auribus. Quo autem illius modi titillatio fiat, opus eſt, vt ex improuiſo ac repente partes ille tangantur. quia ſi pręſciremus non relinqueretur fallaciæ locus. Futurorum autem præ meditatio lenit, mollitq́ue eorum aduentus moleſtiam. Quare nos ipſos titillare non poßumus, quia ſemper illud præſcimus: Ex titillationibus autem nulla efficacius riſum mouet, quam quæ ſub alis fit, vt Ariſtoteles ait Hæc enim quandam lætitiam mouet, quæ riſum excitat Quod ipſum quo modo contingat in ſequenti demonſtrabitur: Hic verò ſatis concluſum exiſtimamus obiectum tertię ſpeciei riſus eſſe titillationem ſub alis. Nunc & de omni riſus obiecto, & tota de cau-

Obiectũ tertiæ ſpeciei.

Titillatio.

35. ſect. prob. 7.

lib. 3. de part an. ca 10.

Sect probl. 2. 46.

Sect probl. 35 2.

Ariſtot. ſect probl. 35 6.

ſis ratio ſatis ſuperque obſoluta videtur. Ergo ad alia quædam noua aperienda properemus.

Qua ratione fiat Riſus. Cap. VIIII.

IAm locus hic poſtulare uidetur, vt qua ratione fiat riſus dicamus, quod quidem non facile intelligi poſſe oſtendit Author ille libri de motibus manifeſtis, & occultis, ſiue Galenus, ſiue quis alius fuerit, qui quidem ingenue ſatetur ſe neſcire, qua ratione riſus fiat: Apud Galenum certè in genuinis libris nuſquam memini me legiſſe quamuis pluribus in locis de inſtrumentis riſus, hoc eſt de diaphragmate, & muſculis buccarum agit: Nos verò quatenus per ingenij noſtri tenuitatem licebit, illud inuenire tentabimus, Quod ſi minus aſsequemur, certè ad rem arduam perquirendam aggreſsus eſſe gaudebimus. Nam nec optimus ſagittator ſemper ſcopum ferit, illud certè me ſpero aſſecuturum, vt non conferar cum ſagittario illo imperitiſſimo, quem ludificatus eſt Diogenes, cum enim illum animaduerteret imperite iaculantem proxime ſcopum conſedit: Et cur id faceret interrogantibus reſpondit, ne forte me feriat, ſignificans illum quiduis potius percuſſurum, quam ſcopum: Quando igitur demonſtratum eſt riſum poſſe bifariam accipi, poteſtate ſilicet, & actu prius breuiter oſtendamus, quomodo fiat ridendi poteſtas deinde quomodo proferatur in actum: In ipſa riſus poteſtate conſiderandum eſt primo quomodo in nobis innaſcatur, Deinde quomodo ex corpore principio hoc eſt ex cerebro in corpus exterius influat. Quomodo inaſcatur ſatis liquet apud eos, quos rerum naturæ, ac præcipue hominis ipſius ſpeculatio delectat, quod ea, quæ ad partes eſſentiales componentes conſequuntur, euiuſmodi hæc facultas ſtatim, ac forma ad materiam optimè diſpoſitam accedat, vel potius ex ea ab agente educatur in dicto compoſito innaſcuntur: Id quod ita euenire facilius intelligimus, ſi exempli cauſa Cylindri, ac Sphæræ differentiam cogitatione repetamus infinita enim ferè exempla huc aſſerri poſſent. Motus enim Cylindri eſt ad vnam partem tantum, ſphæra ad omnes cum cubus nullam in partem moueri poſſit. Hoc non aliunde naſcitur, qua ex diuerſis formarum principijs: Nam ſicut diuerſarum principia diuerſa eſſe conſtat ita princi-

pia

pia diuerſa diuerſarum eſſe oportet: Verum quia hęc penitus noſſe ſolus præpotens Deus poteſt; & propterea qui hęc acrius perſcrutari volunt ignorare videntur, quid inter Deum & hominem interſit. Præter quam quod quomodo proprietates generatim nobis innaſcantur determinare alterius negotij eſt, hanc quæſtionem conſulto prætermittemus, quomodo autem ex cerebro in corpus influat ſatis apertum eſt; nam hęc vis continetur ſub genere motus voluntarij, hęc autem ſpectat ad facultatem animalium, quę influit in corpus, tanquam lumen in Diaphanū: Verum ex cerebro influit non tantum vis motus ſimpliciter, ſed determinate etiam vis motus ob ritū, quia vis talis influit, qualis innaſcitur, innaſcitur autem & vis ridendi: Atque hęc de ratione poteſtatis ridendi: Veniamus ergo ad actum, Cuius quidem conſideratio poſtulat, vt prius generatim, deinde ſpeciatim in qualibet illius ſpecie pertractetur. Generalis conſideratio, vt clarius percipiatur poſtularet, vt prius hyſtorice referremus quomodo inſtrumenta riſus ſeſe habeant quando fit riſus: ſecundo autem qua ratione fiat, vt cum ridiculum obijcitur, ea inſtrumenta ſe habeant, & operentur eo modo, quo hiſtoricè dictum eſſet fieri riſum: ſed de hiſtorica narratione inſtrumentorum nihil eſt, quod dicatur, quia ſatis manifeſtum eſt, quotieſcunque fit aliquis motus voluntarius muſculos illius motus ad ſua principia contrahi: Hac ergo ratione ſe habebunt in riſu Diaphragma etiam & muſculi buccarum. De Diaphragmatis motu in mouendo Thorace difficultas eſt apud Authores nō ſatis adhuc explicata: nihilominus ego quid ſentiam perſpicue demonſtrabo: Quod ſilicet cum Diaphragma in medio ſui habeat caput, & principium, vt ſupra dictum eſt veriſimile mihi fit, vt contrahatur in ſe ipſum, & hac ratione contrahendo pectoris inferiorem terminum & extrema coſtarum coſtringat pectus, non nihil quoque ſurſum vellens dilatetur verò nullo adiuuante muſculo, naturaliter, & ſponte quaſi ijs ſitum ſuum proprium rediens, quod facile fit, quia oſſeum, durumque eſt: opitulantur tamen maioribus dilatationibus muſculi alij, qui mouēt pectus, de quibus mentio eſt apud anatomicos: Sed quam nos dilatationem dicimus, Galenus contra decontrationem in qua expiramus apertè enunciat. Verum non eſt huius tantę quæſtionis diſcutiendæ locus: Dicendum autem ſupereſt, quomodo aut fiat, vt preſente ridiculo obiecto muſculi illi contrahantur,

Ariſt. li. 1. de an. Ex Plat. in Tim.

lib. de mot. muſc. ca vlt. vel 1. diſ. res. c. 13.

& faciunt

& faciant riſum. Nam eiuſmodi obiectum in genere hoc habet, vt pariat in nobis lætitiam, ſi quid enim uenuſti, ſi quid grati, uel ludicri, uel noui repente nobis occurrat, animo geſtimus: Ea uerò lætitia non immodica propter quendam excitatum calorem, cor, & ſpiritus dilatantur; atque ita inuitatur voluntas ad ea inſtrumenta mouenda, Inſtrumenta uerò partes illas mouentes faciunt riſum, quemadmodum videmus. Quod autẽ fiat, vt lætitia excitet calorem, & dilatet cor, & ſpiritus, illud ex lætitiæ ipſius natura prouenit. Quod inſuper ad hanc dilatationem inuitetur voluntas ad mouendum, cauſa eſt finis, & effectus riſus ipſius. Multum enim refert, vt fiat riſus, & tunc maximè fiat quando obiectum ipſum præeſt, qua de rȩ, & nõ pauca dicta ſunt ſuperius, cum de cauſa finali ageretur, & reliqua dicentur capite ſequenti: Poſtremo autem cur fiat, vt cur voluntas eo modo inuitatur ſtatim dictos muſculos moueat; hoc perinde eſſet, ac ſi quereretur, cur eum uolumus ſtatim moueamus, id autem inuentu difficile admodum videtur. Mirum enim eſt, quod ſi brachium mouere uelim, inter ipſum uelle, & mouere, nullum temporis ſpatium intercedat affirmante Galeno. Hanc rem tamen, & ſi ab Ariſtotele præclare explicatam habemus in libello de motu, tamen paucis percurrere non alienum exiſtimamus: His igitur ſumptis quȩ ibi ab Ariſtotele traduntur, dicimus ſenſum in primis, vel intellectionem facere imaginationem, imaginationem autem excitare appetitum, hunc verò alterationem, & paſſionem cauſare in ſpiritu, à qua ſpiritus ipſe mouetur ad quem motum moueri ſenſus & muſculos, inde verò moueri, & partes quȩ ad uoluntatis libitum mouendȩ ſunt. Quod autem ſenſus, & intellectio faciant imaginationem ſatis manifeſtum eſt, vt dicitur ab Ariſtotelem ca. 5. Quod uerò imaginatio appetitum excitet, hoc etiam manifeſtum eſt nam ſiue voluptas, ſiue dolor ſequatur imaginationem appetitus ſemper ſequitur huius fugiendi, illius uerò obtinendæ: Quod prȩterea appetitus alteret, nemini dubium & dicitur ab Ariſtotele apertiſſime cap. 5. & 8. Adde etiam quod manifeſtum eſt, quia naſcitur à ſenſatione, quæ paſſio quædam eſt, & experientia confirmatur, cum ad omnes, & ſingulos appetitus perturbationes naſci videamus: Quod autem ad hanc alterationem, & paſſionem moueantur ſpiritus habetur ex Ariſt. c. 6. & probabile quidem eſt. Nam in omni animȩ actione conueniunt ſpiritus, corpora

lib. 2. de plac. c. 5.

ſilicet

ſilicet impetentia, & facile ad quam vis minimam actionem mobilia, & cum corpora tenuiſſima ſint ad alterationes ſuſcipiendas ſunt prontiſsime. Ergo cum ſit ſenſatio, quam ſequitur appetitus mouentur phantaſmata, quę forte ſunt in ſpiritu ipſo, vel certè mouetur ſpiritus ipſe: Quomodo autem ad talem ſpiritus motionem moueri poſſint ſingulę corporis partes, quę mouendę ſunt perbelle declaratur ab Ariſt. temonis exemplo, cuius vel exiguo motu mouetur, & moderatur tota Nauis: Itaque ad puſillum ſpiritus motum ſequitur partium voluntarium motus: Spiritus autem hic, neceſſe eſt, vt ſit circa primum mouēdi principium, quod ex Ariſtotele eſt. Cor. ex Galeno uerò cerebrum. Inde enim appetitus mouēdi propagatur uſque ad ipſius motionis inſtrumenta, qui muſculi ſunt ea ratione, qua dictum eſt generatim influere facultatem animalem, itaque mouetur pars libertatis arbitrio: Multa quidem, eaque pręclara de hac motus ratione prætermittenda ſunt, ne capitulum in capitulum intrudatur. Huius enim pręclariſsimę queſtionis fuſius pertractandæ non eſt hic locus vnum tamen ſilentio non præteribo, ea de re duplicem ſententiam extare. Lucretij ſilicet, & Cardani, quas huc conferre non alienum duxi, quo facilius amiciſſimi lectoris animus recreetur, ſi fortè ineptijs, & fortaſſe moleſtis noſtris comentis defeſſus eſſet. Hęc igitur ex Cardani lib. de ſubtilitate.

„ Sed hęc rurſus ſubtiliſsima contemplatio oritur, quam Galenus ſe neſcire ſoluere profitetur, quonam pacto muſculi moueantur: Nam rudes & imperiti, ne pueros, & belluas dicam, aptè illos mouent & ad quos deſiderant actus, cum tamen eorum non mouerint functionem; imo neque ſe illos habere ſciant. Itaque exiſtimandum eſt, cum duo ſint neceſſaria ad motum aptum & membri electio, & muſculorum in membro, primum quidem ab anima, & ſpiritu proficiſci, reliquum uerò à conſuetudine: Nam ſi videas infantes cum ambulare conantur omnes trahunt muſculos hunc modo, modo illum, atque tandem aſſueſcunt vnicuique motui inſeruiētem proprium muſculum contrahere: quod in Teſtudine pulſantibus manifeſte comprehenditur, eas enim cordas tangunt vtrinque, quas tangere oportunum eſt ſola conſuetudine ducti: Sed mihi maior uidetur de membris difficultas, cum linguam non manus loquendi cauſa, ambulandi gratiam pedes non caput moueant belluæ: Verum uidetur, & hoc ab eadem

con-

„ *contingere cauſa: Nam cum catulum in aquam nuper na-*
„ *tum proijeceris, omnia mouet membra: Verum cum capite*
„ *extento minus ſuffocari, pedibus verò anterioribus motis ſe*
„ *ſuſtineri ſentiat, & uirtute, quam Grȩci uocant φαντασίαν.*
„ *caput quidem ſuper aquas quantum poteſt ſeruat immobi-*
„ *le, inde caudam mouet, tum pedes poſteriores magis, mox*
„ *etiam anteriores: A quibus autem non ſentit ſe iuuari, ea*
„ *moueri deſinit, donec tandem oportunis motibus aſſueſcat,*
„ *indicio eſt melius natare vnum animal, quam aliud, vt natu-*
„ *ra dociliora ſunt & adultum, quam nuper natum, & aſſue-*
„ *tum, quam quod nunquam natauit: atque etiam in cȩteris*
„ *motibus contingit. Hi igitur omnes motus duobus conſtant*
„ *principijs altero quod omne animal etiam imperfectum ha-*
„ *bet uirtutem, qua, quod delectat ſequitur, fugit quod lȩdit.*
„ *Reliquum eſt genus memorię ſeu habitus quidam, quo didicit*
„ *membra, & muſculos mouere, quę & quos apta illi motui*
„ *iam alias expertum eſt, atque eadem cauſa videmus, quoſ-*
„ *dam longo morbo viros coactos rurſus non ſecus ac infantes*
„ *diſcere ambulare: Igitur muſculi tum membra conſuetudine*
„ *ad oportunam occaſionem didicerunt applicari. Hæc ex Car-*
„ *dano. Lucretij uerò verſus ſunt.*

Lucr. li. 4.

Nunc qui fiat, vti paſſus proferre queamus.
Cum volumus, variæq; datum ſit membra mouere
Et quæ res tantum hoc oneris protrudere noſtri
Corporis inſuerit dicam: Tu percipe dicta:
Dico animo noſtro primum ſimulacra meandi
Accidere, atque animum pulſare, vt diximus ante.
Inde voluntas fit, neque enim facere incipit vllam
Rem quiſquam, quam mens prouidit, quid velit antè:
Ad quod prouidit, illius rei conſtat imago:
Ergo animus cum ſeſe ita commouet, vt velit ire
Inq; gredi. ferit ex templo, quæ in corpore toto
Per membra atque artus animali diſſita vis eſt:
Et facilis factu, quoniam coniuncta tenetur
Inde ea proporrò corpus ferit: atque ita tota
Paulatim moles protruditur, atque mouetur:
Præterea tum rareſcit, quoque corpus, & aer
Silicet vt debet, qui ſemper mobilis extat
Per pateſacta venit, penetratq; foramina largus

Et

Et diſpergitur ad partes ita quaſque minutas
Corporis: hinc igitur rebus fit vtrinque duabus
Corpus. vt ac nauis velis ventoque feratur
Nec tamen illud in his rebus mirabile conſtat.
Tantula, quod tantum Corpus corpuſcula poſſunt
Contorquere, & onus totum conuertere noſtrum:
Quippe etenim ventus ſubtili corpore tenuis
Trudit agens magnam magno molimine nauim;
Et manus vna regit quantouis impete euntem
Atque gubernaculum contorquet quolibet vnum.
Multaque per trocleas, & tympana pondere magno
Comouet, atque leui ſuſtollit machina niſu.

Hæc Lucretius: Reliquum modo eſt, vt quam breuiſſimi percurramus, qua ratione fiant ſingulæ ſpecies riſus Prima ergo ſpecies fit eadem ferè ratione, qua dictum eſt generatim: Nam obiectum illud ſilicet turpe ſine dolore parit admirationem, quia nouum & repentinum occurrit, ſimulque lætitiam, quia leuę & ludicrum eſt, & præcipue quia cum argutia, & concinnitate. Hinc fit, vt cordis ſpiritus dilatentur. Huic verò conſentiens prouocatur voluntas, quæ tunc diaphragma & muſculos, qui à lateribus buccarum ſunt dilatat, ipſaſque buccas, os, & pectus mouet in riſum: Hoc autem loco ſciendum eſt, qnod à Fracaſtore animaduerſum videmus hunc riſum eſſe compoſitum motum ex admiratione, & lætitia: Vnde quędam contranitentia in ea eſt; nam admiratio ſuſpendit quodammodo animam lætitia verò vt diximus dilatat & expandit: Altera verò riſus ſpecies non fit alia ratione, niſi quia cum illius obiectum hoc eſt res grata, & iucunda repente preſto fiat, ſtatim conciliat placidam quandam lætitiam amoris, & beneuolentiæ cauſa: Beneuolentia enim ſuſpenſionis ratione motum quendam cauſat ex Ariſtotele vndę moderatè mouetur cordis ſpiritus, diaphragma, & muſculis buccarum ad riſum, qui nunquam adeo magnus eſt. vt ad cachinationem accedat; ſed ſemper modicus, atque modeſtus. Tandem qua ratione fiat ultimę ſpeciei riſus, ſatis explicat Ariſtoteles lib. 3. de part. ani. vbi habet quotieſcunque Diaphragma caleſit celeriter riſum aperire: Ideo quando titillatio alis accedit, vbi diaphragmatis extrema exiſtunt motus quidam fit, quo leuiter Diaphragma incaleſcit: Adde quod ſatis conſtat hanc partem cum ce-

lib. Sym p. & antip. c. 10.

S. ct. prob l. 28 8.

c. 10.

rebro maximè conſentire, ideo quando mouetur ex titillatione, caleſit vis motrix ei conſentit, & reliquos muſculos mouet ad riſum cur autem ex titillatione fiat calor quidam, cauſa eſt primum ipſe motus, qui calefaciendi vim habet, & præcipue in corpore noſtro, quod plenum eſt ſubſtantijs calidis ſuſque deque

Sect. pro bl. 35. 8. influentibus, & ad contactuum locum facile currentibus: Præterea etiam, vt ex Ariſtotele colligi poſſit videtur eo pertingunt quædam venulę, & vt noſtra ſententia eſt, arteriolæ, quibus titillatis facile ſubſtantia calida ſpirituoſa ſilicet eo duci poteſt. Itaque partes illę, ex titillatu facile caleſiunt. Cur autem ex hoc calore fiat riſus, cauſa eſt lætitia quędam ab ipſa titillatione prouocata, nam in ea calefactione fit quędam ſpirituum dilatatio, quę cum ſit lętitiæ effectus habet contra quamdam vim modicę cuiuſdam lętitiæ prouocandę: Itaque tandem tillatio conciliat calorem, calor dilatationem ſpirituum, & Diaphragmatis: Hęc verò lętitiam, quæ denique conciliat riſum: Atque ita riſus rationes explicatæ videntur.

De Riſus effectis. Cap. X.

li. 2. pæd. Cy. QVAMVIS Aglaitidas ille centurio ſeuerus nimis, & ferè ἀγέλαστος Ex quo facilius quis ignem, quam riſum excudere potuiſſet apud Zenophontem eius ſententiæ fuiſſe videatur, vt riſus neque corporibus noſtris, neque animis prodeſſe poſſit, atque hanc ob cauſam, aut nullos, aut certe prauos, ac moleſtos effectus gignere, nihilominus, & bonos, & malos ex eo naſci tum experientia, & authoritate, tum etiam ratione ipſa compertum ſatis eſt, atque eos effectus demonſtrandi tempus eſt: Quod vt commodius fiat, liceat mihi per lectoris humanitatem eos ita diuidere, vt conſiderentur vel in eo ipſo, qui ridet, vel in eo qui audit ridentem. In eo autem, qui ridet, aut pertinent ad animam, aut ad corpus Ita vt effectus riſus ipſius ad corpus attinentes in tria genera diſtribuatur ab his, qui de re gymnaſtica egerunt præſertim autem à Hieronimo Mercuriali, qui de illa non minus docte, quam eleganter ſcripſit: Riſus enim vt gemitus facile refertur inter vociferationes: Nam vt vidimus totum pectus, viſcera, & faciem totam exercet, & commouet, quas quidem partes

tes ob calorem, qui in riſu excitatur, dicitur enim γελας ab ἑλη quod calorem ſignificat, non parum iuuari credendum eſt: Ideo multos videmus, quibus ridentibus, & facies multum rubet, & non parua pituita copia excernitur ob calorem excitatum. Itaque hominibus natura frigidioribus & hyberno tempore magna vtilitas ex riſu accedit: Contra verò ijs, qui natura calidiores ſunt immodicus riſus, in quo ſæpe ob ingentem labiorum apertionem ipſi anteriores dentes apparent, qui ob id κυνόδοντες dicuntur, noxam aliquam afferre poteſt, quo riſus genere videbat magiſter Simon Medicus apud Ioannem Boccaccium in curatione adhibenda Calandrino, cui perſuaſum erat eum eſſe prægnantem obeſt enim quia totum Thorax, & caput plus quam par ſit excalefacere poteſt: Quamobrem immodicum & intempeſtiuum riſum apud Platonem improbari, & valde noxium eſſe legimus: vtpote qui nimis exagitat partes, & nimio calore ſpiritus effundit, eaſque noxas inferre ſolet, quas unuſquiſque per ſe noſcere poteſt: Atque ideo tales homines à Plutarco admoniti ſint, vt qui facile ſoluuntur in riſum, ij maxime cauere debent, & fugere contractationes, & titillationes in quibus læuiſſimæ corporis particulæ delabentes, & confluentes excitant, impelluntque eam affectionem. Si verò corporis caliditas ex motu animoſę virtutis contracta ſit magni præſidij locum habet riſus hylaritatis ratione. Nam vt legimus apud Galenum, Aeſculapius multas ſcribi cantilenas mimosque ridiculorum rerum fieri, & mælodias quaſdam inſtitui iuſſit ijs quibus vetuſtiores animoſæ partis motus corporis temperamentum mito calidius effecerunt. Effectus riſus quoad animum eiuſmodi ſunt, vt ſi mediocris argutus, ac liberalis fuerit ita, vt corpus adiuuet, ita & animum refici, neque parum ad vitę comitatum facere oportet ob conſenſum, qui inter corpus, & animum exiſtit: Præterea hic habet ſibi ſemper adiunctam, ideo vt hæc animum exhilarat, & recreat, ita riſus, vt Aeſculapij nuper citato teſtimonio patet. Nam riſus poteſt ad multa vtilia accommodari, & ſeriæ res dulcedine aliqua temperari.

Veſſal.

2. de rep. & 5. de leg.

lib. de ſui laude li pr. ſan.

ſu. c 8.

Inter Echinopodos velut aſperum, & inter omnia
Interdum florent mollia leucohia

Plutarc. li. de auditione.

Itaque homines dicebat Tullius, quamuis in rebus turpidis tamen ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxentur Hinc

Philip. 2.

enim fit, vt libenter riſus inter conuiuia permiſceantur, quæ animi gratia fiunt, vt optime manifeſtum eſt in conuiuio Xenophontis, & copioſius apud Plutarchum vbi non tantum, quę neceſſaria ſunt apparantur, vt vinum vbi obſonia ſtragulæ; ſed etiam alia multa in voluptatis gratiam introducuntur, vt auditiones, ſpectacula ſcurræ Rectè igitur mihi ſenſiſſe Lycurgus videtur, qui & ſi ciues ſuos ſeueris rationibus inſtituit, iocos tamen liberales eis permiſiit, ac pręcepit. Quam ob cauſam illud exercitamenti genus conſtituit, quod λίοχας appellauit, quin & ſignum collocauit γίλωτι. Deo i. riſui, ita enim indicauit. animos refici opus eſſe. Sed immodicus, aut longior factus quem Homerus γίλωτα ἄσβεσον ideſt riſum in extinguibilem nuncupauit, non tantum corpori, vt vidimus ſed etiam animo valde noxius eſſe poteſt, non tantum ob immodicam lætitiam, quam ſecnm affert, ſed etiam quia lętitiæ coniuncta eſt admiratio Inde contranitentia quædam fit, vt ſupra diximus, quæ ſi diutius producatur, lędit: cuius rei exemplum habemus apud Val. Max. de Philemone, qui cum aſellum ficus ſibi paratas vorantem conſpiceret, puerum, vt illum abligaret inclamauit, qui cum iam comes omnibus ſuperueniſſet, quoniam inquit tam tardus fuiſti, da nunc aſello merum: Ac protinus vrbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum proſecutus ſenile guttur ſalebris ſpiritus pregrauauit, quippe diſſoluto ſpiritu vitali protinus extinctus vt Hæc de effectis in his qui rident: Effectus autem in alijs eius modi ſunt, vt ſigni eorum qui rident habeant rationem: Ideo ſi fuerit primę ſpeciei ideſt ex turpi ſine dolore, isq; mediocris facit, vt ridens credatur ſatis elegans, & factus, ſatisque morum virtute, & bona corporis temperatione præditus, neq; tamen ex Xenophonte ἀλαχὼν dici poteſt ſi verò immodicus adeo vt cachinnationis nomen mereatur, hominem ignarum credimus illum eſſe, vt ſunt pueri, Idiotæ, & Plebei, in cuius generis hominibus riſus ſolutior eſſe ſolet, qualis ex Apollonij interprete eſt leuitatis ſignum: Atque cum Iſocrates iure admoneat importunum riſum non eſſe amandum, quod ignauiæ cuiuſdam ſit indicium: & ſacris in libris legamus fatuum in riſu exaltare vocem ſuam, ſapientem autem vix tacite riſurum:

Eccl. 21. *Profectò neceſſitas cogit, vt fateamur ſapienter à Seneca præcipi riſum fieri ſine cachino vocem ſine clamore, & Catull. dicat Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt Minime mirum igitur, ſi*

Demo-

Democritus, qui γελασῖνος à ridendo dictus eſt, helleboro facile dignus indicatus fuerit à ciuibus ſuis: At verò ſi minimus ſit, eſt in primis melancolici hominis indicium, quales fuerunt plurimi ex ijs, qui ingenio claruerunt, vel in philoſophia, vel in repub. adminiſtranda, in carmine pangendo, aut alijs artibus exercendis, ut Ariſt. aſſer.t. Ait enim ij animo certo, & confirmato fuere: Aliter enim eſt Iracundiæ ſignum vt ſunt qui flauabile abundant. Sect pro *Riſus ſecundę ſpeciei, eſt beneuolentiæ amoris, ac* b. 30. pr. *venuſtatis clariſſimum indicium. Idcirca ſi videamus homines hac ratione nobis ridere credimus nos ab illis amari: Hic eſt riſus, quem amatores ab amatis ſemper expetunt. De quo ne peniteat nos audire cultiſſimum Catullum ad Lesbiam.*

Ille mi par eſſe Deo videtur
Ille ſi par eſt ſuperare Diuos
Qui ſedens aduerſus identidem te
Spectat, & audit
Dulce ridentem miſero quod omnes
Eripit ſenſus mihi

Quam quidem molliſſimam ſententiam a Poetria Sappho decima nempe muſa mutuatus expreſſit: Sic enim illa

φαίνεται μοὶ κῆνος, ἴσον θεοῖσιν
ἔμμεν ἀνὴρ, ὅσις ἐναντίον τοι
ἐγχάνει καὶ πλατίον ἀδὺ φωνοῦ-
σας ὑπακούει
καὶ γελώσας ἱμερόεν, *&c.*

Riſus denique ex titillatione natus eſt mollitici carnis ſignum: Ideo credi facilè poteſt; vt qui facile titillantur ingenio ſatis valent: Nam qui carnibus ſunt melliores mente etiam aptiores eſſe ex Ariſtotele didicimus, lib. 2 de *quemadmodum contra quod adagio fertur Craßum ventrem ſubtilem mentem non parere:* an. t. 9. 4. *Idcirco quia hominem alijs animantibus mente præeſſe opportuit,* & alibi. *carnibus etiam molliri factus fuit; beſtiæ autem durioribus, adeo vt nulla ex his titillari poßit: Hinc igitur ſumitur occaſio ſophiſmatis quorundam ſoluendi, qui naturam arguunt, quod hominem adeò mollem fecerit, vt tot malis, & erumnis obnoxius eßet, quemadmodum a Chriſippo accepimus L. περὶ προνοίας quarto: nam in homine creando magnam quidem curam adhibuit, vt ratione, & ingenio plurimum excelleret, ſed hanc vtilitatem illo incommodo leſit, vt cum ingenium, et ratio*

in

in carnium mollitie plurimum conſiſtat, atque in eadem morborum facili, creatio ad ærumnas promptiſſimus factus ſit: Adeo
Iliad 3. *vt Homerus etiam exclamauerit: Nil homine in terra ſpirat*
lib. 6. c. p. *miſerum magis alma nil repit. Qua de re copioſius diſſeruit Aul. Gell. Qui verò vix vi ex titillatu rident, duriores ſunt: atq; ideo vulgo dici ſolet, qui non titillantur beſtias redolent: Atque hæc ſunt quæ de Riſus effectibus dicenda in mentem veniunt.*

Problemata quædam de Riſu. Cap. XI.

IAm quidem ad illam partem peruenimus, quæ ſuprema eſt diſputationis noſtræ, in qua ſilicet problemata quædam ſoluenda reſtant, quæ in rei ipſius tractatione explicari non potuerunt, niſi propoſitum ordinem perturbare uoluiſſemus: Quamquam eiuſdem ordinis vi factum fuerit, vt nulla ex his varijs intercedentibus occaſionibus abſolute fuerint: Primũ igitur quæri poſſe uidetur, quo primum tẽpore ridere incipiamus: ad quod
lib. 7. nat. in proh. *Plinij authoritate nixi reſpõdemus, ante quadrageſimum à natiuitate diem neminem vnquam riſum emittere potuiſſe: Quod vt dilucidius exponatur, dicimus Riſum in infantibus fingi quidem poſſe, vt fiat naturaliter loquendo, vel per obiectum cognitum, vel per titillationem, vel per modicam quandam conuulſionem ex vaporibus caput petentibus ortam, qua ſæpe pueruli afficiuntur: Ideo in pueris naturaliter fieri poſſe uidetur puſillus quidam riſus ex conuulſione ortus ante diem quadrageſimum, tum vigilantibus, tum dormientibus: At ex obiecto cognito, uel titillatione fieri non poteſt: Quæritur ergo ſecundo cur ante id tempus non fiat uſus riſus: Ad hoc cum Hippocrate reſpon-*
lib. de ſeptin. par. *demus id non fieri, quia hebetantur uires in muccis. Nam in primis quadraginta diebus puellus totus præ immodico humore tenellus eſt, ac mucci plenus: Ideo partes eius minus ſunt aptæ ad quædam animæ munera obeunda, quæ tamen calore magis confirmatæ, facilioreſque redduntur ad actiones quas non licet obire, niſi per quoſdam certos dies: Quare in primis diebus nõ talem cognitionem habere poteſt, vt ex ea lætitiam illam capiat, quæ riſum creare poſſit, ita nec titillari adeò poteſt, vt cerebrũ, quod tunc alijs partibus humore plenius eſt, diaphragmati conſentiat, & faciat riſum. Sed contra hæc eſt Hippocratis authoritas*

ritas,qui quidem eodem loco ait, puerum ſtatim in prima die or lib. de ſe-
tus ſic ridere,& flere: Dicimus nos riſum in primis diebus fie- pt.par.
ri non poſſe eo modo,quo iam diximus, ideſt ab externa cogni-
tione,vel à titillatione: Sed quia homo habet ex Hippocrate lo-
co eodem peculiarem quandam ſapientiam ingenitam. Ideo ſta-
tim in prima die ridet: Id quod eſt illius ſapientiæ intus exi-
ſtentis indicium: At riſus naturalis non eſt, quia ſi naturalis
eſſet,oporteret præceſsiſſe non minimam cognitionem externã,
quæ in puellis recens in hanc lucem editi eſſe non poteſt: Si ergo
rident in prima die neceſſarium eſt eos intus habere ingenitam
cognitionem,quæ ex illius ingenij acie diuina cælitus data ortum
ducat: Hęc enim ſine imaginibus non fiunt quæ plures ſenſatio-
nes poſtulant: Huius igitur quæſtionis ſumma paucis ita intel-
ligenda eſt in primo quadragenario riſum puellis fieri poſſe vel
ex conuulſione,uel ex animæ peculiari ſapientia: Fieri uerò non
poſſe ex imaginatione externa,vel titillatione: Verum quęnam
ſit peculiaris hęc ſapientia, quę animo noſtro ingenita eſt, ego
profectò ſi hoc ad Ariſtotelem referre velim, incertus ſum quid
ſentiam. Quamuis ſi quæ ab eo in lib.2. de miſtica philoſophia
dicuntur ſatis perpendere voluerimus: hęc perbelle Ariſtoteli
quadrare poterunt,ſed illa Ariſtotelem redolere minime uiden-
tur: Platonici uerò, qui animas cælitus noſtra in corpora mi-
grare affirmant: Et Pitagorici, qui animas in homines ingredi
exiſtimant omni penè cognitionis genere imbutas, eo quia ex
alijs alia in corpora migrauerint, quemadmodum nuper de Eu-
phorbo dictum eſt ab hac difficultate facile euadere poſſent:
An quia intellectus noſter cum à materię conditione immunis
ſit; & naturaliter ſplendorem ingenitum habeat, ac penè diui-
nitatem in cordis, ac cerebri ſubſtantiam, Vnde viuendi ac ri-
dendi poteſtas emanat diuinitatis ſuæ claritatem tanquam lu-
men in ſpeculum influatur. Inde in ipſo puellis corde, ſpirituq;
vitali exigua quadam,ac placida dilatatio fiat letitiæ ueſtigiũ:
atque hinc naſcatur modicus ille riſus, quem infantes effingere
potius, quam efformare uidentur: Reſtat ad huc ſcrupulus de
Zoroaſte filio Noe cham dicto, quem eodem die, quo natus eſt, Ex Bero-
imo ex D. Auguſt. dum naſceretur, riſiſſe compertum habemus: ſo di. 3.
Quod quidem futuræ ſapientię & magiæ indicium fuiſſe prædi- Ant. lib.
cant: ſi ergo omnes primo die ortus ſui ridere poſſunt ex viſuæ de ciuit.
cuiuſque animæ. Quid eſt cur illius riſus admirationem faciat? Dei.

profeſto

profectò quia ille fuit precax, & celerrimus cum uocis quadam articulatione, vt adultę facere ſolent: Sed antequam vlterius progrediamur concilianda eſt contradictio quędam inter Hyppocratem, & Ariſtotelem: Hippocrates enim loco ſępius citato ait pueros ſtatim in hanc lucem editi ridere, & plorare tum uigilantes, tum dormientes Ariſtoteles verò ait pueros vigilãtes non ridere, dormientes uero ridere, interdum etiam & lachrimari: Contradictio igitur in hoc ſitu eſt, quod Hippocrates dicat pueros vigilantes ridere, Ariſtoteles uerò non ridere: An quod Hippocrates intelligat infantulos ridare ob iam dictã cauſam ſilicet ob animę ſuę claritatem. Ariſtoteles autem ſpectet rei naturam, quæ dictat vt ridere non poſſit ex obiecto ridiculò. Nihilominus ex modica conuulſione ridere valeat, quæ quidem conuulſio accidat ijs facilius dormientibus, quam uigilantibus?

lib. 5. de gen. an. c. prim.

Quæritur modo qua ratione illud fieri poſſit, quod ſupra ex Plinio dictum fuit de duplici illo fonte in Phrigia quorum alter riſum facit, alter uerò fletum. Ita de alio apud Canarias, qui riſu homines enecare poteſt. Illud prætera repetẽdum eſt, quod ibidem diximus de Gelotophillida, quæ in Bactris, & circa goriſthenem inuenitur, quę ſi bibatur cum Mirrha, & vino variæ obuerſantur ſpecies, ridendique finis non ſit, niſi potis nucleis pineæ nucis cum pipere, & melle in uino palmeo: Dicimus ergo, quoad fontes, quod inanes fabulas redolere videntur? Nihilominus ſi ea uera eſſe concedamus, veriſimile eſt fontes eos hac ratione riſum illum producere: Riſus quidem immediatè fit à lętitia, hæc autem à dilatatione cordis & ſpirituum, vt ſupra diximus conciliari poteſt: Ideo opus eſt, vt aqua illorum fontium habeat vim dilatandi cor, & ſpiritus vitales: Qua autem ratione cor & ſpiritus uitales: Qua autem ratione cor & ſpiritus vitales dilatari poſſint, ab ijs quę intro aſſumuntur videre poſſumus apud Auicenn. l. de medicinis cordialibus: vbi ponit quibus modis medicinæ lętificent cor vt eſt aurum, Moſchus, Ambra, confectio Alchermes, Elixir, & ſimilia. Quare uiriſimile eſt hunc fontem habere uim cordialem, vt medicinę dilatationę lętificantes. Sed quomodo fons ille apud Canarias adeo magnum riſum facit, ut necare poſſit? An quia nimis dilatando diſſipet ſpiritum, & facultatem vitalem, & in maximam illa lætitia, atque in Philemonis riſu uidimus? Quomodo autem alter fons fletum faciat dicendum reijcimus ad propriam tractationem de fletu.

ſletu. Aliud autem problema de Gelotophillida ſoluemus, cum plus otij nacti erimus. Quęritur tandem una cum Ariſtotele, cur qui rident grauiorem uocem edant, qui uerò flent acutiorem: Dicimus quod ita, vt ad uocem conformandam requiruntur potiſſimum duo aſpera ſilicet artena, vt inſtrumētum, & aeris expiratio vt materia, ita harum duarum ratione eadem uox alterari poteſt, quod perbelle apparet in tibijs, quæ ſuam uocem permutant, uel ratione ipſarum tibiarum, pro vt ſilicet fuerint ſiue humidiores, ſiue ſicciores, vel ratione aeris qui exprimitur prout ſilicet velocius, uel tardius exprimatur: Quando ergo aſpera arteria fuerit ſiccior facit vocem acutiorem, quando humidior grauiorem. Pręterea quando aer velocius exprimetur, fit uox maior, & acutior, quando tardius minor, & grauior: Reſpondet igitur Ariſtoteles, qui rident grauiorem habent vocem, quā qui flent, quia ridentibus aer tardius per aſperam arteriam foras exprimitur; Et hoc fit duplici ex cauſa, primo quia cum Riſus aliquo modo diſſoluat ſpiritum debiliorem illum reddit, ergo tardius moueri debet: ſecundo riſus habet vim calefaciendi, vt vidimus ſupra: At calor multum ſpiritum mouet, qui niſi tardè ferri poteſt: Hęc ex Ariſtotele, qui huius rei cauſam confert in aerem tantum, Nos verò hoc addimus, cum riſus habeat vim calefaciendi caput & pectus excitat materiam, quę in actu humida, & fluida eſt, vt ſunt omnes noſtri corporis humores, & excrementorum plurima, quę materia poteſt caput aſperę arteriæ humidius reddere, Vnde vox grauior fieri debet: Quod ſi multum materiæ excitaret & multum humectaret, vox non tantum grauior, & etiam rauca fieret, ac denique perderetur. Sec.probl.11,13

Hęc ſunt quae ad totam quaſtionem de riſu abſoluenda viſa ſunt pertinere, quę ſicui non inepta non omnino ſuperuacua iudicabuntur, aliorum fortaſſe induſtriam excitabunt, vt doctius, & copioſius hoc ipſum & alia huiuſmodi argumenta proſequantur.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



FLORENTIÆ,

Apud Coſmum Iuntam 1603.

Superiorum permiſſu.